

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Theologica polemica, dogmatica, speculativa et moralis -
Cod. Ettenheim-Münster 254**

Bulffer, Gervas

[S.l.], 1788

[urn:nbn:de:bsz:31-128393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128393)







E. M. 254

Signum Confessionis Paschalis in Etten-
heimmünster, 1791.

Signum Confessionis Paschalis in Etten-
heimmünster, 1791.

Two strips of aged, yellowed paper with faint, illegible text, likely fragments of a manuscript or document, positioned horizontally on the right side of the page.

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and orientation.]

Theologia

Polemica, Dogmatica, Speculativa

et
 Moralis,

in qua

Religio Christi

Contra Haereticos, Libertinos, et malos Christianos
 rejectis Scholarum philosophicis Argumentis
 et solis Principiis stabilibus

nempe
 Sacra Scriptura, Doctrina constanti Ecclesiae

et

ex eisdem deducta sana ratione
 solide defenditur.

Composita à R. L. Gervasio Hulffer
 Religioso Elleniano et Seniore

Anno 1788.



Super omnes docentes me intellexi quia
testimonia tua meditatione mea est. Super seras
intellexi quia mandata tua quae fieri ab omni
via mala prohibui pedes meos ut custodiam verba
tua. psal. 118. v. 99. 100. 101.

Præfatio.

Theologiam tibi lector benevole huc com-
 munico, quæ sane doctrina Divina dici meretur
 quia est ipsum verbum Dei, nobis in scripturis
 factis revelatum, prout et ipsum Ecclesia Christi
 ab initio intellexit et tenuit. arrogantibus for-
 talis me argues, quod quasi solus sapiens
 ceteras doctrinas theologicas quasi deficiens
 hanc solam veram declamem, quæ tamen in
 toto orbe catholico ut vera doctrina recepta
 sunt, at facile tuum suspendes iudicium, si meam
 inspexeris rationem. innumeri libri theologici circum-
 feruntur, qui quidem in dogmatibus fidei conveni-
 unt, in explicatione autem eorum dispendiunt
 ita, ut quot equita sint sententias memeres, cum
 tamen unus sit Magister et eius doctrina una, quam
 acriter interpretari non licet, quam ut ipse docuit.
 Hoc tantum fando domino, quod præcipio tibi: nec
 addas quidquam, nec minuas. Deut. 12. 32.
 quis quis antiquos Patres legit, videbit, hos sanctos
 doctores suam doctrinam in sola sacra scriptura,
 Traditione et Ecclesie decretis fundasse, et veritatem
 sine argutis humanis docuisse. at cum seculo
 undecimo plures ceperunt dogmata fidei iuxta
 principia philosophica explicare, variasque
 novitates in scholas invehere, quibus arcana Dei

et ipsius modum operandi nobiscum perferitari et
 declarare conati sunt, veritatem potius occultare
 quam patefacere simul caperent. in exemplo:
 quot non scientias in Deo affingunt, quæ nec
 res possibilis, nec presentes, et futuras considerat
 et iterum aliam, quæ explorat, in quibus circum-
 stantiis homo sua gratis confusus sit vel
 non, an tales fitiones Deo non sunt vel maxime
 iniuriosæ, qui est ens simplicissimum, et uno in-
 tuitu omnia percipit, an qui fixit oculum
 non considerat, et qui plantavit aurem non
 audiet, qui scrutator est majestatis approximat
 à gloria. 0. pro. 25. 27. item tota volumina scri-
 bunt de gratia, justitia interna et sacramentis,
 si autem quæro quid sit gratia? respondent: est
 qualitas. parturient montes, nascetur ridiculus mus.
 si quæro quid sit justitia interna? dicunt: est gratia
 habitualis. an non gratia est causa justitiae
 internæ, est ergo causa ipse effectus? si quæro,
 quid sit sacramentum? ajunt: est signum sensibile
 gratiæ sanctificantis. si iterum quæro, quid sit
 illud signum, an substantia, an auidens, an
 quid creatum, an v.g. matrimonio vel ordini sit
 quid adjectum, vel ipsa sint sacramentum, est
 altissimum silentium: ergo aliquid et nihil scio.

ab his qualitatibus ita obfessi sunt, ut credant,
neque Sanctos in celo sine illis Deum intueri posse.
David ait psal. 35. 10. in lumine tuo videbimus
lumen. quid est istud lumen juxta illos, in quo Deus
videatur? lumen glorie dicunt. sed quid est illud
lumen? qualitas, responsio in promptu est. at
S. Joannes istud lumen apoc. 21. 23. Longe aliter
explicat, dum ait, istud lumen esse ipsam claritatem
Dei, quae totum caelum illuminat, et in cuius
lumine gentes ambulant. estne ergo hoc claritas,
qualitas philosophica?

per misericordiam Dei? quae est participatio justitiae
cum iniquitate? aut quae societates lucis ad teneb-
ras? quae conventio christi ad Belial, aut quae
pars fidei cum infidelis? 2. cor. 6. 14. Theologia
est scientia divina non humana, omnia quae de
Deo credere possumus et debemus, ex sola revelati-
one habemus, cuius christus auctor et magister
est, quid ergo aristoteles cum christo? sed dicunt,
hanc explicationem tantum fieri ad clariorem
captionem mysteriorum Dei. sed quae ego? quis
cognovit sensum Domini, aut quis confiliaris eius
fuit? Rom. 9. 39. philosophi Ethnici, qui Deum non
agnoverunt? S. Paulus usque in tertium caelum
raptus fuit, et multa arcana divina audivit,
et tamen exclamavit ibi: "o altitudo divitiarum
scientiae et scientiae Dei: quam incomprehensibilia

„sunt iudicia eius, et investigabiles vis eius, verba
Dei spiritus et vita sunt, animalis autem homo non
parcipit ea, quo sunt spiritus Dei. 1. Cor. 2: 14.

Et quisne fructum huius philosophiae explanationis
benevole Lector? ecce modo sola philosophia pro fun-
damento religionis ponitur, sacra scriptura, veteribus
Ecclesie definitiones contemnuntur, ex quo necessario
exortus sunt haereses, et ut in hoc illuminato saeculo
videmus, sunt omnes tales philosophi in deismum,
aut atheismum labentur.

Hoc sermo quid me perpendens, et consilium Ecclesi-
asticum 6: 22. sequens, ubi ait: „aliohora te non
a quiescis, et fortiora te ne servatus fueris, sed
„quo praecipit tibi Deus, ita cogita semper, et in
„pluribus operibus eius res fueris curiosus, non
„est enim tibi necessarium, ea, quae abscondita
„sunt, videre oculis tuis“. Et simul hinc malis
remedium allaturus, hanc Theologiam con-
scriptis rejectis philosophicis argutis solis fun-
damentis infalibilibus nempe sacra scriptura,
doctrina constanti Ecclesie, et inde deducta
sana ratione nixus, in qua veritas Religionis
catholicae ad oculum demonstratur, et abli-
menta aliarum doctrinarum solis ipse
refutantur, salvo semper Ecclesie iudicio.

Oeconomia

VII

Hoc theologia est totius libri.
liber. sed propter multitudinem materialium
illam in duas partes dividere coactus sum,
quorum totum contentum hic oculis subijcio.

Prima agit de fundamentis Religionis,
quorum primum est, an detur deus, quia sine
Deo nulla religio subsistere potest.

2dum est, an mundus et homo ab aeterno sint,
an uterq; à Deo creatus. si primum homo Deum
colere non tenetur, nec deus eius Dominus est.
si autem secundum, sequitur, quod deus ut
Dominus homini tanquam subdito suo precepta
dare debuerit, ut eum in obedientia contineat,
ex quo exurgit

3tium auidum cum homo in triplici statu
considerari debeat, quasnam leges ei deus in lege
naturae, et quasnam in lege Moysis, et deniq;
in lege gratiae dederit. et quia ambo hae leges
posteriores non tantum orales, sed et in scriptis
datae sunt, de utriusq; testamenti scriptura sacra
doctrina necessaria apposita fuit.

4th fundamentum est Ecclesia, seu prout hic in-
telligitur Regnum christi, de quo ipse ait Luc. 19.
12. 11. Homo quidam nobilis abiit in regionem longin-
quam ac cepit sibi regnum, et reverti. de caelo

descendit in terram // ut exhiberet sibi Ecclesiam
 // gloriosam // Ephes. 5. 27. // quam acquisivit san-
 // guine suo // act. 20. 28. // et iterum in celum rever-
 // sus est // postquam illam super petram edificavit
 // constituens quoque quosdam apostolos // quosdam
 // prophetas // alios vero evangelistas // alios autem
 // Pastores et Doctores ad consummationem Sancto-
 // rum // in opus Ministerij // in edificationem cor-
 // poris christi // Ephes. 4. 11.

Causa autem erectionis huius regni haec est:
 ab initio deus creavit hominem ad similitudinem
 suam // ut in eternum cum ipso vivat // si procepta
 sua servaturus sit. quia autem homo hoc pro-
 ceptum transgressus est obediendo suggestioni
 diaboli // servus quoque diaboli factus est // nam
 // cui quis se exhibet ad obediendum // servus fit
 // eius // cui obedit // Rom. 6. 16. // per hoc peccatum
 igitur acquisivit sibi regnum in omnes homines
 diabolus // quod regnum christus destructurus venit
 in hunc mundum // ut ipse ait Joan. 12. 31. // nunc
 // iudicium est mundi // nunc princeps huius mundi
 // eicietur foras // // et lavit nos a peccatis nostris
 // in sanguine suo // et fecit nos regnum // et factus
 // nos deos Deo et Patri suo // quocirca 5.
 Hoc regnum se extendit ad omnes terminos terrae
 Deus enim neminem vult perire // sed omnes salvos
 facere // ideoque omnes homines vocat ad suam obedi-

entiam. // ul omnis, qui credit in ipsum, non perdat,
"sed habeat vitam eternam." John. 3. 15. qui credentes
cum faciunt catum et unum corpus, cuius quilibet
Christus est. Ecclesia dicitur.

Huc Ecclesia Christus vel maxima et pretiosa
dona dedit, nimirum potestatem divinam super
omnia demonia, suam doctrinam // ut sit colum-
na et firmamentum veritatis // i. Tim. 3. 15. et sacra-
menta, ex quibus omnes credentes in quocumque
statu suorum meritorum et gratiarum participes
esse possunt.

Hoc Ecclesia est secunda arca Noe, in qua si quis non
continetur, certissime peribit, huic enim soli dedit
Christus claves regni caelorum, sine quibus porta
caeli non aperitur. unde et ipse dixit Math. 16. 17.

"si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
Ethnicus et publicanus."

De hac Ecclesia in hac parte omnia tractantur
quae sciri sunt necessaria cum solutione obiecti-
onum, quibus haeretici et moderni Libertini eam
oppugnant, et vel maxime de eius potestate
independente ab imperio civili, de quo moderni
philosophi plus loquuntur, quam sapere oportet, cui
quoque adiuncta doctrinam de decimis, quas quoque
a foro spirituali eliminare conantur.

Et hoc sunt fundamenta essentialia Religionis,
quia si non datur Deus, nulla erit Religio, et si
homo non dependet a Deo, illum colere non tenetur,

nec ei servire, quod utramque sine Ecclesia
perficere non potest, quia hoc est magistra
tam cultus quam servitij Divini.

Christum Ecclesiam fundasse, ipsi haec fa-
dentur, Cuius in fide in pluribus a nobis dispen-
tant, unde et plures Ecclesias particulares ex-
coitant, quod tamen in se non nisi una esse
potest, quia est corpus Christi, qui cum equis
diversa corpora habere non potest, unde

Part 2da agit de signis infallibilibus verae
Ecclesiae, pro quibus, fidem, Religionem, et
observationem mandatorum Dei apponit, quia
per solam fidem cognoscitur Deus, ex qua cog-
nitione deum oritur Religio, quia fides docet,
quomodo deus sit colendus: per proceptorum autem
observationem ostenditur fides et Religio, nam
ubi haec tria inveniuntur, ibi etiam est vera
Ecclesia, quia haec sunt constitutiva Ecclesiae.

Part 3ta ergo agit de fide et articulis
essentialibus eius, qui in simbolo continentur
nimirum de deo uno et trino, et quid quid ad
hunc tractatum pertinet.

2do de creatione mundi et hominis.

3to de statu innocentiae et statu naturae
egressae atque peccato originali.

4to de incarnatione.

5to de gratia et justificatione et iustitia in-
terna. item de praedestinatione.

6to de comunione Sanctorum et purgatorio.

7mo de Invocatione Sanctorum.

8vo de Remissione peccatorum. de Indulgen-
tiis et Jubilis.

9no de Resurrectione martirum et vita eterna.

Agil 2do j. De Religione vera: quam Christus
ipse instituit, et omnibus que ad ipsam pertinent.

2do de Sacramentis in genere et in specie.

Agil 3tio j. de preceptis Divinis, seu Legibus
Evangelicis profertim de Decalogo cum expli-
catione.

2do de peccatis.

3tio de operibus bonis.

Item de aliis rebus incidentibus.

4mo quomodo quisvis Christianus in omni statu
se gerere debeat.

2do. de Predicatione verbi Dei.

3tio Doctrina Lutherianorum in rebus fidei re-
futatur.

4to Tolerantia an sit concedenda.

5to an Princeps Catholicus possit Ecclesias here-
ticis tradere, et monasteria tollere.

6to vota an solvi possint.

7mo Libertas typis maximum damnum causat,
et pluribus aliis.

Denique Lectorem benevolum admonitum
volo, quod non omnes materias in ordine sic
descripto apposerim, sed quasdam in loca com-
muniore et aptiora reservaverim, quas con-
nes in indice inveniet, ne eas bis repetere de-
beat.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Parvina
de
Fundamentis essentialibus
Religionis Christianae.

XIV

Falsche
Tabelle der Effektivität
Bsp. 1. 2. 3.

Caput primum
De deo et creatione hominis.

N. 1.

Veritatem vero Religionis Christianae propagandam
necesse est, ut ab ovo exordiar nimirum de deo, et
creatione hominis, nam si deus non est, coli etiam
non potest, et si homo non datur, nemo est, qui eum co-
lere possit, quia licet mundus existat, nulla tamen res
in illo invenitur, quae deum intelligere et cognoscere
possit, nisi solus homo. igitur pro fundamento utramque
existentiam dei et hominis omnibus aliis rebus pro-
ponere oportet.

De dei existentia et creatione mundi alibi plura nimirum
N. 260. inferius dicentur, ex quibus hic tantum suppono,
neminem nisi insipientem esse, qui neget, ens ab aeterno,
et à se ipso esse, quod omnia regit et gubernat, consequenter
etiam creavit, quod nemo nisi deus seu ens perfectissimum,
omnipotens et omniscium facere potest.

II

Quod etiam datur homo, qui non à se ipso, sed à deo creatus
sit, nemo negare potest, quin se ipsum denegat. cur autem
deus illum creaverit, alia ratio dari non potest, ait S. Au-
gustinus l. ii. Confess. c. 21. nisi, ut suam infinitam bonitatem
etiam creatoris communicaret. et ut communicaret, dedit
illi cor excogitandi, et disciplina intellectus replevit illum,
creavitque illi scientiam veritatis, et sensu implevit cor illius
et bona et mala ostendit illi, ut nomen sanctificationis

N. 2.

« collaudet, et gloriatur in mirabilibus eius, atq; magnalia
 « enarrat operum eius. » Eclis 17.5.

Hoc dona autem Deus homini dedit non tantum ad tempus,
 sed ut in eternum cum illo vivat, et propriis gloriis sua cum
 participem faciat, propterea idem ad imaginem et similitu-
 dinem creavit suam, ut sicut ille in eternum vivat, ita etiam
 homo cum illo eternum vivat, et sic imaginem eius referat.

Mundo igitur seu habitaculo hominis creato creavit
 et ipsum hominem, masculum et feminam creavit, ut
 per eos totum genus humanum propagaretur. corpus
 adeo formavit ex limo terrae, corpus Eve ex costa adam,
 et inspiravit eis spiraculum vite, et facti sunt in animam
 viventem. ambo erant in innocentia et justitia creati
 utraque ut opus dei perfectum, in quo sibi ipse deus con-
 placebat, nihil contradictionis aut mali in se habentes.

Cum autem non deceret, ut deus illis gloriam suam
 gratis donaret, et creaturas et servos suos in suo servitio
 conservaret, ut sic quoque ipsi eam promoveri possent, rad-
 « fecit mandata et precepta sua, et reliquit illos in manu
 « consilij sui » cum hac conditione, ut si voluerint man-
 « data servare, eos quoque conservare velle. » Eclis 15.14.
 Secus si inobedientes fuerint, morte moriantur.

III

N. 3. Jam oritur questio, quoniam precepta deus primis ho-
 minibus in statu innocentiae dedit? Moyses memorat
 quidem deo, nimirum ne vescantur de ligno scientiae boni
 et mali et quidem sub poena mortis, et ut operarentur in
 paradiso et custodirent eum. verum hoc duo precepta
 tantum data erant ad tentandam illius obedientiam, quo

eis non sufficiebant ad finem suum assequendum. nam hoc
 ipso, quia hoc precepta data sunt ad tentandam illorum ob-
 edientiam, debuerunt etiam scire, quis ille sit, qui eis hoc
 precepta dedit. non est dubium, quod deus illis omnia
 revelaverit, quomodo mundum et ipsos creaverit, alias adam
 scire non potuisset, quod Eva ex osibus eius formata fuisset.
 Non legimus etiam quod deus illis quidam in scriptis pre-
 cepta dederit, bene tamen quod omnia alia precepta in
 cordibus illorum scripserit, sic enim testatur apostolus Rom.
 2. 14. dicens: " cum enim gentes, quae legem non habent, na-
 " turaliter ea, quae legis sunt, faciunt, eiusmodi leges non
 " habentes, ipse sibi sunt lex: qui offendunt operibus legis
 " scriptum in cordibus suis, testimonium reddente iis
 " conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus
 " accusantibus, aut etiam defendentibus."

N. 4.

Judicium igitur deus ab initio naturae humanae rationem,
 quae hominem in omnibus actionibus suis secundum suam
 voluntatem dirigat, nam quia deus hominem ad ima-
 ginem et similitudinem ^{suam} creavit, ut ergo ei sit similis, juxta
 voluntatem suam operari debet: ergo ei quoque scientiam
 ei indere debuit, ut eius voluntatem cognoscat et sciat, quae
 cognitio lex naturalis vocatur. Et ne error, aut si errorem
 errorem suum statim agnoscat, et corrigat, induit ei quoque

N. 5.

Deus judicium propriam, nempe conscientiam, quae aut bonum
 approbat, aut malum corripit, ut quivis homo in se ipso experi-
 entiam habet adams primo teste, qui statim post perpetratum
 peccatum corripente ipsum propria conscientia se coram
 deo occultavit.

Ex quibus sequitur, Deum jam ab initio istis hominibus per legem naturae omnia precepta dedisse, quae ad cultum Divinum, salutem animarum, et societatem humanam procurandam necessaria sunt, et si scripta non fuerint, aut scriptura sacra de iis expressam mentionem non faciat.

Sic poterit revelationem ex sola lege naturae Deum et creatorem et Dominum suum agnoscere poterunt, inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta concipiuntur, sempiterna quoque eius virtus, et Divinitas, ita ut sint inexcusabiles, Rom. i. 20. à magnitudine enim speciei et creaturae cognoscibiles poterit creator horum videri, Gen. 1. 5.

Si ergo Deum et creatorem et Dominum suum agnoverunt, ratio ipsis quoque dicitur, ut eum adorent, colant, et ei serviant, prout testantur primi filii Adae, qui in signum supremi Domini Dei in omnes res creatas et in gratiarum actionem sacrificia obtulerunt, quos facti sunt posteriores Tabiacho Noe, Abraham et alij. imò quod et Deus oraculis ad hoc sacrificia celebranda certas caeremonias precepit, patet ex Gen. 2. 6. 4. ubi Deus ad Isaac sic locutus est: « benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, eo quod obedierit Abraham voci meo, et custodierit precepta et mandata mea et caeremonias, legesque servaverit » hoc et clarius habentur Gen. 15. 9. ubi Deus Abrahamo tam sacrificium quam modum sacrificandi precepit.

Revelavit quoque Deus Adamo, quod septima die cessavit ab omni opere creationis mundi, et benedixit diei septimo, et sanctificaverit illum, Gen. 2. 3. et ideo precepit illi, ut ipse quoque sanctificet hunc diem, quod ei non revelasset, si non et

5
Iste hoc facere debuit. et sic habemus tria prima
praecepta Decalogi.

Dein adam constitutus est pater totius generis humani,
consequenter etiam scire debuit, quod cum posteris suis se
gerere debeat juxta voluntatem dei, quae doctrina in
ceteris septem praeceptis Decalogi continetur, et in his
paucis verbis comprehenditur: "omnia quaecumque vultis,
ut faciant vobis homines, et vos facite illis, hoc est enim
lex et propheta." Math. 7. 12. et vicipim: quod tibi non vis
fieri, alteri ne feceris. quam doctrinam legis naturae esse, nemo
negabit. et sic habemus totum Decalogum, cuius ultima
praecepta facile etiam ex actis in lege naturae factis eruntur,
sciebant enim omnes, se debere patrem et matrem honorare,
et ipsi licitum non esse occidere, moechari, furari, falsum
testimonium contra proximum dicere, atque res alienas con-
cipiscere, quia hoc omnia ipsa ratio dicit, et conscientia
aut approbat aut reprobat.

Sciverunt etiam matrimonium fuisse ~~à~~ à deo institutum N. 6.
et ideo indissolubile, alias adam non dixisset: "et erunt duo
in carne una." gen. 2. 24.

Proterea et praecepta judicialia à deo cretenu accepserunt, N. 7.
alias Cain gen. 4. 14. occiso fratre suo non dimisit, ne à
quovis occideretur, et Judas ruxum suam Thamar ob forni-
cationem morti non adjudicasset, si non utique scivisset, has
penas ob ista crimina à deo praeceptas esse. Item ibi v. 8.
Judas dedit filio suo Onam ruxum suam in uxorem, ut
susceperet fratri suo mortuo semen, quod postea de novo deut. 25.
5. praeceptum fuit. et sic patet, quod homines in lege naturae
scire omnia praecepta habuisse, quae postea in lege moysi in scriptis
data fuerunt.

6
N. 8.

IV

Et hoc erat conflictus hominis in statu innocentis, qui per hoc media salutem suam eternam consequi poteret, si in statu gratis permanisset. ad postquam peccavit, tota natura corrupta fuit. voluntas propter incontinentiam concupiscentiam ad malum inclinabatur, arbitrium fauciatum, imago dei, serè peritus extincta, anima labe peccati infecta, et cuncta cogitatio cordis ad malum intenta, prout videmus in posteris ad, qui omnes, si paucis exceptis iustis, à deo reaperunt, et omnis terra iniquitate repleta est.

Pesimum erat, quod adam suo peccato totam naturam humanam non tantum labe peccati, sed etiam tanta culpa infecerit, pro qua nemo sive homo sive Angelus, et pote malitia infinita satisfacere potuit, quam tamen satisfactionem iustitia divina exigebat, ut homo finem suum, ad quem creatus est, assequi posset. quid igitur consilij in hoc statu, in quo homo neq. culpam delere, neq. pro illa satisfacere potuit? En! infinitam misericordiam dei! statim post peccatum agebat gen. 3. 14. deus ad serpentem, qui mulierem ad peccatum induxit: quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animalia, inimicitas ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius: ipse: septuaginta legunt ipse: / conteret caput tuum, et tu infidiaberis calcaves eius. per quod semen mulieris deus nihil aliud intellexit, quam deum filium suum galat. 3. 8. quem postea ex abraham oriundum, et ex maria virgine naturam humanam assumptum produxit, qui ut homo deus solus debuit ad solvere, et iustitia divina satisfacere potuit.

N. 9.

Et quia tempus adventus eius consilio divino dilatum fuit, et interim nemo peccat, filius dei ipse se vadem constituit

suo tempore omnia solutus pro iis, qui credituri sunt in eum,
hinc factum est, ut ab illo tempore omnes homines per fidem
in illum salvari poterunt, et salvati fuerunt, ut apostolus
Rom. 11. testatur.

videns autem deus, quod multa malitia hominum esset
in terra, et cuncta cogitatio intenta esset ad malum gen. 6. 5.
et nemo se salvare vellet, elegit sibi populum faciatem filios
Israel, ut saltem hos ad finem servitium adstringeret, et
dedit eis per Moysen legem in tabulis lapideis, digito Dei scriptam,
cum hoc praecepto: «cuncta verba haec, quae ego pro-
cipio tibi hodie, in corde tuo, et narrabis ea filiis tuis, et
meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in
itinere, dormiens atque confurgens, et ligabis ea quasi
signum in manu tua, et cuncta et movebuntur inter oculos
tuos, scribesque ea in limine et ostiis domus tuae» deut. 5.
ne obliviscaris eorum. igitur lex haec populo trans-
gessiones posita est galat. 3. 12. et sic habemus ori-
ginem S. Scripturae.

N. 10.

Caput 2dum

Quid sit haec scriptura facta.

De scriptura hac facta ait sacer datus Exod. 31. 18.
Deditque Dominus Moysi completis huiusce modis ser-
monibus in monte Sinai duas tabulas testimonij
lapideas scriptas digito Dei. in his tabulis scripta
erant, in prima: scilicet prima praecipua decalogi, quae ad
Dei cultum et venerationem pertinebant, in altera septem
alia praecipua, quae proximi utilitatem concernunt, adeoque
sunt eadem praecipua, quae deus homini in lege naturali
jam dederat, et hinc scripta et quidem in tabulis lapideis

N. 11.

tantum renovata sunt, ne tam facile à memoria
hominum excidant, aut omnino negari valeant.

Dedit autem Deus populo suo adhuc multa alia pro-
cepta per Moysen, quae sub pena mortis observare de-
bebat. nec illis aliquid addere, vel aliquid auferre li-
citur erat. Deut. 4. 2.

Uocantur etiam haec procepta Lex Moysis, non quod
Moyses illam fecerit, sed quia Deus eam per Moysen
populo promulgavit. item Lex scripta à distinctionem
legis naturalis, quae leges licet sint in substantia
eodem, tamen hoc in scriptis tradita non fuit, sed orationibus
data, aut naturae indita. item Testamentum
vetus, quod nimirum Deus cum populo Israel pepigerat,
donec novum per filium Dei promulgaretur.

Constat hoc testamentum quing. libris à Moysen
exaratis, et ideo Pentateuchus dicitur, de quo nunc est
questio

Caput III

an in nova lege adhuc auctoritatem habeat?

si

Si quis hanc questionem obiter tantum secundum
vulgarem opinionem aut inanem modernam philo-
sophiam deciditurus est, uno verbo negativè abensum
probetur. at si scriptura ipsa penitus inspicitur, atque
eius materia ad libram veritatis referantur, longe
aliter iudicandum erit. unde quae haec res majorem

et diligentiore investigatione reverter, materias
singulas huius legis, perscrutari necesse est.

Liber genesis.

In libro 1mo describitur origo totam aeternam
creationis mundi et hominis, eiusque lapsum in
peccatum, eiusque penas et promissionem messie.

Deo dein enarrat generationes ade et posterorem
eorumque vitales vult usque ad noe.

1to dicitur historia de diluvio, conservatione noe
et filiorum, eorumque generationes, et quomodo
repeccatum sit omne genus hominum super universam
terram, usque ad abraham.

2to recenset variationem abraham, eius benedictiones
et sacrificia, ortum messie ex ipso, sacrificium melchise-
dech, natiuitatem isaaci, incendium sodomae et patri-
nem filij sui isaaci, et iteratam promissionem messie:
natem sarai uxoris abraham: conjugium isaaci:
natem abraham et generationes isaac.

3to refert historiam de filij isaaci Esau et Jacob,
quomodo hic priori in benedictione propositus fuerit,
de eius conjugio et generatione duodecim filiorum
israel, de sacrificiis et decimis eius: de iosepho vendito
eiusque regimine in aegypto, et quomodo se fratribus
suis manifestaverit: de descensu iacob cum filijs suis
in aegyptum: de morte iacobi et benedictionibus eius,
et de morte iosephi.

Liber Exodus.

In libro 2do describitur duam partem populi israelitici ser-

9

N. 13.

N. 14.

vitulem: orationem Moyses à deo ad educandum
populum Israel ex Agypto: eius miracula carum
Pharaone patrata: ritum agri paschalis imolandi
et comedendi: suffocationem Pharaonis in mari rubro:
de Manna et coturnicibus: de productione aquae ex
petra:

2do de traditione legis in monte Sinai. de proceptis
judicialibus:

3to de primitiis et donis ad arcam et tabernaculum
faciendis. de aliis rebus in tabernaculo constitutis
endis v.g. de mensa, candelis et altari holocaustorum

4to de indumentis pontificalibus: de consecratione
sacerdotum et altari thymianatis et oblatione pec-
cunio in usus tabernaculi:

5to de vitulo aureo eiusque perditione.

6to de proceptis de primogenitiis, sabbato, azimis, et
festis. de constructione et forma tabernaculi, arae
propitiatorij et item altari holocaustorum.

Liber Leviticus

N. 15

1o tractat de ritu et modo offerendorum pecudum et
avium: item sacrificiorum similes, thuris, panum,
caganorum et vomitivarum. item hostias pacificorum
item hostias pro peccato sacerdotis, principis et populi:

2do de consecratione ipsa sacerdotum, ta-
bernaculi et de igne profano non adhibendo: de ani-
malibus mundis et immundis.

3to de immunditia purpurea, de Leprosia: de viris semina-
fluis, de muliere menstrua.

1^{to} quibus liceat ingredi in sanctum sanctorum: de
sacrificio soli deo offerendo: de gradibus conjugij
prohibitis, et aliis carnalibus copulis prohibitis.

2^{to} De variis preceptis moralibus et ceremonialibus,
quibus servata nocte plebenda.

3^{to} Quales uxores a sacerdotibus ducantur, et qui sint
propinqui sacerdotij: et quod offerri possint, atque se
contamineat cibi immundis.

4^{to} Ritus Sabbati, Pasche et aliorum festorum: Lucernarum
sanctarum propositio: pena Saphoranum et Salomonis.

5^{to} De jubileo: de promissione precepta servantibus,
et pena non servantibus.

6^{to} De votis et deimarum solutione.

Liber Numeri.

N. 16.

In libro isto recenset Moyses omnes filios Israel
ad belandum aptos. item Levitas qui in tabernaculo
servire debeant juxta mandatum Dei.

2^{do} repetit legem de primitiis ac oblationibus et legem
Zelotypis: item agit de consecratione Nazaritarum,
et forma benedicendi populum. item de oblationibus
promissis in dedicationem tabernaculi et altaris.
item de obale et consecratione Levitarum.

3^{to} De celebratione pasche, et duabus hebdomadis argenteis.

4^{to} De pena carnes appetentium: de pena caris
propter murmuracionem.

5^{to} De exploratoribus ad considerandam terram pro-
missam. De pena Sabbato ligna cogitantis et alius
servatis ignorantis et superbia, et servatione corep

6to de virga aaronis florente: De oneribus sacra-
dotum ex exalibus Levitarum. De aqua Lustrationis
de morte maris et aqua contradictionis.

7mo de serpentibus ignitis. cap. 21. De actibus Balam
propheta, et de eius prophetia de christo. cap. 24.

8vo de dividenda terra promissa

9vo. de sacrificiis quotidianis et solemnitatibus.

10. de votis virorum, mulierum et filiorum.

11. de Bello cum Canaanitis, et 42 mansionibus
in deserto. Item de situ terra promissa et divisione
eius. De urbibus Levitarum et refugij. Item ut filii
patrum hereditatis nubant contribulibus suis, ne tribus
misceantur.

Libus Deuteronomij

In isto libro repetit Moyses omnes leges et mandata
Domini in prioribus libris conscripta, et exhortatur
populum ad servanda ea, cominando transgressores
multis poenis, et promittendo multa bona ea servantibus,
et admonet illos, ne ulli alicui propheta fidem ad-
hibeant. Item si ambigunt quid fuerit, ad sacerdotis
iudicium confugiant cap. 17. et quomodo Rex se gerere
debeat ibi. Item prouidit, deum alium prophetam
respectu suam Joan. i. 45. suscitaturum, quem audiant
et ei obediant. cap. 18. Denique moriturus benedicit tribus
Israel, et sepultus est in terra Moab.

Et in his constat tota lex Moysis seu veteris testa-
mentum, quod Deus cum filiis Israel per Moysen
repererat.

N. 17.

13
N. 18.

Hoc Testamentum juxta accuratam chronologiam
S. scripturae in monte Sinai a deo constitutum est
anno mundi 2513. et duravit usque ad mortem christi
nempe ab his annis mundi usque ad annos 4032. quia
christus etiam in vita sua non sustulit, sed adimplevit.
Nunc ad solutionem questionis propius acced-

N. 19.

endo, praestimus
Volendum est, Leges mosaicas in se varias ma-
terias continere, nempe leges morales, in decalogo
contentas, leges ceremoniales ad sacerdotes et sacri-
ficia pertinentes, leges judiciales, in judiciis ob-
servandas, prophetias de christo: Historias varias
de creatione mundi, et quidquid auditur usque ad finem
legis. Denique genealogias varias ab adam usque
ad obitum moysi, prout hoc omnia ex supra scriptis
tractibus manifesta sunt.

N. 20.

Leges morales, quae sunt in decalogo tum in aliis
locis scripturae inveniuntur, nunquam mutari aut
variari possunt, quia fundantur in lege naturae, quae
nihil aliud est quam dictamen rationis omnes actiones
probras divinae voluntati conformiter instituendi, ut
deus a suis creaturis debito modo colatur, et ad
finem suum, ad quem creati sunt, assequantur.
Nam si haec lex mutari posset, sequeretur volun-
tatem ipsam divinam mutabilem fore, quod dicere
non tam impium sed et impossibile est, quia aliter deus
non esset, cum et ipse dicat: ^a ego dominus et non mutor.

a Malach. 3. 6.

Imò et ipsa ratio hominis tolli debere, quia hanc legem dicitur, et ipsius tota virtus et vis in hoc dicitur consistit, unde quia natura indita est, in omni statu hominis inconcussa manere debet. et licet per peccatum, et peccati concupiscentiam obnebrata fuerit, adeo ut magis inclinet ad malum quam ad bonum, manet tamen eadem ratio, quia virtutem cognoscendi utrumque semper in se habet, et à propria conscientia testimonium obtinet.

Referuntur autem ad leges morales ea omnia precepta, quæ sub pena damnationis æternæ à deo præcipiuntur.

n. 21.

Leges ceremoniales, quæ modum cultus divini respiciunt, quod spectat, possunt esse toties variæ quoties objectum, cui applicantur, mutatur. aliis ceremoniis obtulit abraham vacam triennem, aliis melchisedech panem et vinum. præcepit quoque Deus in lege Moysi varia sacrificia, et unum quodque sub diversis ceremoniis, prout res ipsa exigebat, quia autem hæc sacrificia tantum figuræ erant sacrificij futuri à christo instituenti, et hoc sacrificium longe ælii offerri debuit quam priora, sequitur, quod leges ceremoniales cum sacrificiis abrogatæ fuerint.

b gen. 15. 9.

c gen. 14. 18.

d heb. 9. 23.

n. 22.

Quoad Leges judiciales, sunt quidem et hæc à deo præceptæ sed conformiter à potiori legi christiæ,

quo si legi nova cooptarentur, utiliores essent legibus civilibus, quia crimina melius punirentur, et bonum promiaretur. non legimus eas abrogatas, imò plures ex illis adhuc in usu esse experientia docet. nam

Hæc leges partim se fundant in lege naturæ et decalogo, sicut ut melius loquar, datae sunt ad ascendendas provocationes huius legis, et pro unaquaque transgressione certas penas præcepit, sicut pro idololatriis, arcolis et magis deinde pro blasphemantibus nomen suum, atque violatoribus Sabbati. deinde pro inhonorantibus parentes, pro occisoribus, pro furibus, pro adulteris, incestuosus et Sodomitis atque pro omnibus qui proximo suo aliquod damnum inferunt, ut videre est Exod. 21. et 22. Item Levit. 18. et 19. 20. et alibi, quæ penata omnia adhuc in lege nova judicantur, licet quandoque mitius puniantur.

Partim se extendunt ad alia præcepta divina, quæ adhuc in lege nova observantur et obligant, iudicio quoque subiecta sunt illorum transgressiones, ex quibus clare patet, has leges adhuc observari et in valore esse.

Prophecias quoque omnes tam de Messia et eius operibus et passione, quam de eius Ecclesia et aliorum rebus ad legem novam pertinentibus adhuc in suo robore esse, quia sunt testes infalibiles rerum veritatis. sic ipse Christus veritatem, se esse Messiam testimonium ex prophetis sumpsit, dum ait: et servabimini e. Joan. 5. 39.

N. 25.

Joan. 5. 45.

« Josophus, quia vos putatis in ista vitam eternam
 habere, et ideo sunt, quo testimonium perhibent de ve-
 imo, si non amplius valent, quomodo in celo in non
 credentes accusare possent? et tamen christus dicit:
 « Nolite putare, quia ego accusatus sum vos quod
 « habetis: est qui accusat vos, Moyses, in quo vos
 « speratis. si enim crederetis Moysi, crederetis for-
 « sitan et mihi, de me enim ille scripsit. si autem
 « illum testis non creditis, quomodo verbis meis
 « credetis? » si ergo judaei obligati fuerunt credere
 prophetis Moysi, et hoc post adventum christi,
 sequitur necessario, idem quoque et hodie valere.
 imo plus valere debent post adventum christi
 quam antea, nam predictiones rerum futurarum
 ante existentiam rei predictae sunt adhuc incerta
 et in dubium vocari possunt, an revera à deo sint
 revelatae vel non: re autem predicta existente
 certo fiunt, et res existens predictionem, et pre-
 dictio rem existentem confirmat. ergo ut utrumque
 verum sit, prophetia adhuc suam auctoritatem
 retinere debet.

N. 24.

Historiae S. Scripturae non tantum adhuc sunt
 utiles, sed et maxime necessariae. nam qui fuisse
 possumus, quomodo deus mundum creaverit? quo-
 modo adam suo peccato totum genus humanum
 inquinaverit? quae mirabilia deus omni tempore
 fecerit? quomodo peccata punierit, et bona premi-
 averit? quam mixta omnia disposuerit, et in figuris

prosignaverit, ut exemplis aliorum hominem ad finem suum perducatur, nisi deus moysi hoc omnia revelasset, et hic in scriptis nobis reliquisset?

an frustra deus populo israel persequitur, ut omnia mirabilia, quae in aegypto fecit, narrent filii moysi suis, ut sint quasi signum in manu illorum et monumentum ante oculos eorum? an non omnis fides et religio evanesceret, nisi historicis firmaretur.

Exod. 13-8.

Ludaeorum scripta sunt, ad S. Paulus? ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus.

Rom. 15. 4.

Idem dicendum de genealogiis in scriptura contentis: nam qui S. Mattheus et S. Lucas probare potuerunt, christum ex abraham et David natum fuisse et prophetias de illo impletas fuisse, nisi moyses et alii scriptores generationes omnes in scriptis reliquissent? sane qui hoc omnia negat, aut stultus, aut atheus esse debet.

N. 25.

Nunc ad solutionem questionis dico: totam legem moysis adhuc in lege nova suam auctoritatem retinere, moralia ut et modo observentur, cetera aut desentur de lege christi.

N. 26.

De moralibus res certa est, cum enim quidam ad christum dixisset: "Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam aeternam, respondit christus, si vis ad vitam ingredi, serva mandata, et ei omnia praecipita decalogi servanda praecipit.

Matth. 19. 16.

18

N. 27.

~~Legum~~

K 2. Act. i. 21.

N. 28

De veteris suo modo idem dicendum, ut ex dicto
patet.

Quod sub veteri lege ordinariè tantum lex
Moysi intelligatur, sunt tamen adhuc multi libri
in sacra scriptura, qui ante Christum scripti sunt
et sub hoc nomine etiam comprehenduntur,
ut sunt libri Josue, Judicum, quatuor Regum,
duo Paralipomenon, duo Esdra, Tobit, Judith,
Esther, Job, psalmodum, proverbiorum, Eclesiasticus,
Canticorum, Sapientia, Eclesiasticus, Prophetarum
et duo libri Machabæorum, qui omnes, ut ait S.
Petrus, à Sanctis Dei hominibus Spiritu Sancto
inspiratis scripti sunt, et continent in se sicut
lex Moysi, varias materias: nempe leges morales,
ceremoniales, judiciales, prophetias, historias
et genealogias, adeoque de his idem tenendum
ac de lege Moysi.

Sane qui legem novam in se habent, veritatem
huius assertionis negare non audebit, nam
Jo. Christus ipse dixit Math. 5. 17. « nolite putare,
« quoniam veni solvere legem aut prophetas,
« non veni solvere, sed adimplere. amen dico vobis,
« donec transeat calum et terra, jota unum aut
« quæ unum non poterit à lege, donec omnia
« fiant. » et penam mox adiecit in contrarium
sentientes dicendo: « qui ergo solverit, id est sustulit

« unum de mandatis istis minimis, et
 docuerit sic homines, minimus s: id est vilissimus
 et indignus // vocabitur in regno caelorum, qui autem
 fecerit et docuerit sic homines, hic magnus voca-
 bitur in regno caelorum. » loquitur hic christus
 de tota lege antiqua, sicut et
 do Luc. 24. 29. ubi ad discipulos ait: « o stulti, et
 tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti
 sunt prophetae? et v. 44. » necesse est implere omnia
 quae scripta sunt in lege moysi et prophetis et
 psalmis de me. » et

Mat. 23. 29. « habent moysen et prophetas, au-
 diant illos -- si moysen et prophetas non audiunt,
 neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. »
 Ito ait s. Paulus 2 Tim. 3. 16. « omnis scriptura di-
 vinitus inspirata utilis est ad docendum, ad argu-
 endum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia,
 ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonum in-
 struitus. » loquitur hic apostolus de lege veteri,
 nequaquam hic ad timotheum scribens ait: « quia ab in-
 fantia savas litteras nosti, quae te possunt in-
 struere ad salutem operum, per fidem, quae est in
 christo jesu. » nam illo tempore timotheus evangelia
 neque vidit neque legit, ergo loquitur de scriptura veteris
 testamenti. quod autem omnis scriptura veteris
 testamenti divinitus inspirata fuerit, de libris moysi

de psalmis, de prophetis, et etiam libris Salomonis
 res certa est, quia Moyses et David et propheta nihil
 aliud scripserunt, nisi quod à deo ipse, prorephum erat,
 ino et ipse Salomon ex scientia divinitus infusa
 suos libros exaravit. Dubium solum superesse
 potest de libris historicis, sed et ipse S. Paulus i. cor.
 io. ii. ait: "hæc omnia in figuris istis dominibus
 contigisse, scripta autem esse ad correctionem
 nostram" ut scilicet auditu cupis, ponis vel promi
 eorum nos ipsos, qui in hac extrema etate vivimus
 emendare non negligamus, ne pena eorum
 geminetur in nobis, quia major nobilita legis mag
 eum ream facit, qui eam non custodit. ergo ex
 instinctu divino ad eruditionem nostram scripta
 sunt. si autem ex instinctu divino scripta sunt,
 sunt quoque verum verbum divinum, quod nunquam
 erit, sed manet in æternum. hæc omnia ex
 solutione objectionum mox facienda adhuc
 clarius patebunt.

e Rom. 9. 6.
 in Luc. 21. 29.

N. 29.

Obmovent adversarij et quidem
 jo dicunt, S. Paulum ex Jeremia clare probare
 vetus testamentum per novum sublatum fuisse,
 ait enim Heb. 8. 7. "nam si illud prius culpa va
 caset, non utiq; secundi locus inquireretur.
 " vituperans enim eos dicit: "eue dies venient dicit
 " Dominus, et consumabo super domum Israel, et
 " super domum Juda testamentum novum, non

Jerem. 31. 31.

secundum testamentum, quod feci patribus eorum
 in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem
 illos de terra aegypti, quoniam ipsi non perman-
 serunt in testamento meo, et ego regei eos dicit
 dominus. // ex quibus verbis apostolus sic concludit:
 dicendo autem novum, veteravit prius. quod
 autem antiquatur, prae interim est.

ad meliorem intelligentiam horum verborum
 in memoriam revocandum, homines ab orbis condito
 sub duplici lege vixisse. primo sub lege naturali,
 quam cum homines non observarent, et viderent
 Deus, quod multa malitia esset in terra, et cuncta
 agitatio intenta esset ad malum, sibi filios israel
 in specialem populum elegerit, ei quoque de novo legem
 per moysen dedit, ut sic eos in sua obedientia
 et debito cultu conservaret. utraque autem lex
 quia iustificare non poterat, erat solum exemplar
 et umbra, sicut apostolus hic v. s. eam vocat, melioris
 testamenti, quod in melioribus re promissionibus
 iam antea sancitum est; unde adveniente
 figurato, in veteravit est prius testamentum
 et interim sed tantum quoad observationem.
 non autem quoad figuram, quod semper manere
 debet, ut figurato testimonium reddat, quare
 et ipse christus ait Joan. 5. 39. // scrutamini scripturas,
 quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere,
 et illae sunt, quae testimonium perhibent de me. //
 dein apostolus hic non loquitur de toto testamento

o gen. 16. 5.

veteri, sed tantum de sacerdotibus, sacrificiis et
ceremoniis eorum, quod utique inter se nemo negabit
quoad alias materias autem ipse apostolus testatur
legem sublatam non fuisse ut mox videbimus.

N. 30.

2do dicunt: Apostolus galat. 3. 11. ait: "quoniam
autem in lege nemo justificatur quod deum, mani-
festum est, quia iustus ex fide vivit." lex autem
non est ex fide, ergo peccatum est, quia quicumque
ex operibus legis sunt, sub maledictio sunt.

Hoc verba sic distinguo: in lege, id est, per legem
solum sine fide nemo justificatur concedo. in
lege per fidem nego, quia Moyses et prophetae in
lege sic justificati sunt.

Lex quidem non est ex fide, sed fidem perficit
et illam annuntiat. "prius autem sicut apostolus
galat. 3. 23. / "quam venisset fides, sub lege custodi-
ebamus conclusi in eam fidem, quod revelanda
erat. itaque lex pedagogus noster fuit in christo
ut ex fide justificemur. at ubi venit fides, iam
non sumus sub pedagogo. " quia ergo non am-
plius sub pedagogo sumus, an lex vetera destruit
fuit? negat hoc S. Paulus Rom. 7. 12. ubi ait: "legem
ergo destruiemus per fidem? absit, sed legem sta-
tuimus" quia lex docet nos per fidem in christum
salvari. ergo maneat, necesse est.

Dein falsum est, quod edes lex peccatum fuit, quia
ex fide non est. " quid ergo dicemus? ait iterum

S. Paulus Rom. 7. 7. /¹ Lex peccatum est? absit.
 sed peccatum non cognovi nisi per legem: nam
 concupiscentiam nesciebam: nisi lex diceret: non
 concupisces. -- Itaq. Lex quidem sancta, man-
 datum sanctum et iustum et bonum. quod ergo
 bonum est, mihi factum est mors? absit. sed
 peccatum, ut appareat peccatum per bonum, operatum
 est mihi mortem, ut fiat supra modum peccans
 peccatum per mandatum: quatenus per legem
 agnosceris peccatum, idem tamen perpetrat.
 Deniq. si Lex esset peccatum debet esse contra
 fidem, sed ista docet fidem et est pro fide, ergo
 non est contra fidem, quia non est contra christum
 sed pro christo. sed

Instant: S. Paulus ait heb. 8. 7. " si idem pro peccato
 mentem culpa vacasset, non utiq. secundi loci
 inquireretur, ergo ipse peccatum nominal.

Sed sciendum apostolum hic sub ty culpa non
 intelligere peccatum aut culpam ex peccato con-
 tractam, quia sic Deum ipsum ut legislatorem
 reum diceret, quod causam dedisset ad peccatum,
 sed sub hac culpa intelligit defectum et infir-
 mitatem justificandi peccatorem, sic enim se ipsum
 explicat heb. 7. 18. ubi eadem quasi verba repetit
 dicens: " reprobatio quidem fit procedentis mandati,
 propter infirmitatem eius et inutilitatem, nihil
 enim ad perfectum adduxit lex, et ideo introducta
 est lex melioris spei, per quam proximamus ad Deum. "

24
N. 31.

Ita dicunt: galat. 3. 10. ait Apostolus: "qui-
"cumq; ex operibus legis fuerit, sub maledicto fuit
ergo lex est maledicta et maledictionis causa

Sed distinguo: quicumq; ex operibus legis
fuerit, sub maledicto fuit, quia lex ipse et ex
operibus suis nos à maledictione Divina liberare
non poterat, quia primum Christus ibi v. 13. nos
redemit de hac maledictione, factus pro nobis

p Colos. 2. 14

"maledictum, et delens, quod adversus nos erat
"chirographum decreti, quod erat contrarium nobis

"et ipsum tulit de medio, affigens eundem cruci" con-
cedo: quod lex propterea maledicta sit et maledi-

q galat. 3. 19.

ditionis causa nego: quia primum peccatum
fuit causa huius maledictionis, et lex subin-
travit, ut homines cognoscerent peccatum, et ab
hoc abstergerentur "nam propter transgressionem
"posita est."

N. 32.

Ita dicunt: apostolus ait Rom. 5. 20. "lex in-
"travit, ut abundaret delictum. et v. 13. "peccatum
"non imputabatur, cum lex non esset;" ergo lex
peccatum est et ad peccatum inclinatur.

Distinguo: lex intravit, ut abundaret delictum
quia homo per legem cognovit peccatum, et sic
non solum peccator, sed etiam peccator

R Rom. 5. 15.

dictus: quia "ubi non est lex, ibi nec peccatio,
et in hoc superabundavit delictum concedo, quod
ideo lex sit peccatum nego. verum est, peccatum

non imputabatur cum lex non esset, quia homo sine lege peccatum non cognovisset, sed propterea lex ad peccatum non inducit, sed prohibet peccatum. unde et christus de suo tempore Joan. 15. 22. dixit: si non venissem et locutus fuisset eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Sto dicunt: Rom. 8. 21. ait S. Paulus: nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est, ergo lex ad nihil valet.

N. 33.

Taleor, iustitia Dei sine lege manifestata est, quia hoc iustitia non provenit a lege, sed a merito christi et fide eius. sed hoc fides non habet firmitatem nisi a lege probata esset, unde apostolus in verbis prioribus statim subiungit: iustificata a lege et prophetis. quia promissio per dabitur et prophetas facta est. unde et Paulus galat. 3. 24. itaq; lex pedagogus noster fuit in christo, ut ex fide iustificemur.

Sto dicunt: christus finis legis est. Rom. 10. 4.

N. 34.

ergo post christi adventum non amplius habet locum. Distinguo: christus finis legis est, quia lex ad illum tendit, et radicem concedo. quia illam destruit. Nego. est enim finis consumens et destruens ut ignis in lignis: et est finis adimplens, et rem imperfectam ad perfectionem reducens, et sic est christus finis legis, ut ipse ait Math. 5. 17. non veni solvere legem, sed adimplere.

Et hæc sunt ipsissimæ rationes, quas olim Waldenses Catholicis obmoverunt, quos non pauci Christiani adhuc sequuntur, unde et in scholis quasi Regula habetur, quod exceptis moralibus quoddam in lege veteri sint mortua, quoddam mortifera, unde statim concluditur, quod tota lex vetus sit abrogata, quæ opinio vel sententia non nisi in imaginatione aut auditu falso fundatur.

Jam supra N. 19. ostendi, tam legem Mosaicam quam ceteros libros veteris Testamenti in se varias continere materias, nimirum leges morales, ceremoniales, et judiciales. Item historias varias, prophetias et genealogias, quæ ex his est mortua aut mortifera? si leges ceremoniales excipis, ceteræ materias omnes à novo Testamento ipso firmantur, dum in illo tam Christus in Evangelio tum apostoli in suis Epistolis passim ad roborandam suam doctrinam istos libros citant, et ab Ecclesiæ et sanctis Patribus omni tempore ut verum verbum Dei agniti sunt. cui ergo major fides adhibenda Christo, Ecclesiæ et SS. Patribus aut malitiosis hæreticis, qui tantum pro cubitu absq. ratione et fundamento omnia fusoq. deq. vertere in mare habent?

N. 36.

Imò si de legibus ceremonialibus ipse secundum æquitatem loqui volumus longè aliter et de ipse

lenticendum, quam ut vulgo creditur.

Quod deus ab orbe condito à suis creaturis in signum protestationum sui, supremi dominij in omnes res creatas, in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis, et pro peccatis quoddam sacrificia poposcerit, testantur Cain et Abel, Noe, Abraham et ceteri patriarchæ in lege naturali.

Alia adhuc sacrificia deus in lege Moysi populo Israel præcipit, inter quæ tamen præcipua erant sacrificium holocaustorum in signum supremi dominij divini: Sacrificium expiationis pro peccatis, et sacrificium pacificorum in gratiarum actionem pro acceptis beneficiis vel novis acquirendis, quæ omnia sub certis ceremoniis offerre debebant. et in his potissimum consistebat illorum religio et cultus divinus.

Nemini autem licebat hoc sacrificia offerre aut alia officia cultum hunc harentia exercere, nisi solis sacerdotibus et levitis, quos ex tribu Levi sibi deus elegerat, et hoc omnia tantum figura erant melioris sacrificij et sacerdotij. nam cum deus statim post peccatum ad quemdam miserum promiserat, qui et serpenti equit contrariis, et pro peccato satisfaciatis, hoc autem sacrificia veteris legis prostrare non poterant, ideo necesse fuit ut alius sacerdos et sacrificium exurgat, ex cuius oblatione iustitiam divinam satis fiat, quod per nostrum

5 Rom. 5. 10.

Christi completum est se ipsum offerendo deoblati
in holocaustum et hostiam pro peccato, et sic
cum antea inimici essemus, reconciliati sumus
Ideo per mortem filij eius.

Et quia Christus hic tam sacerdos quam sacrificium
ipsum est, sustulit per hanc actionem tam sacerdo-
tium quam sacrificium veteris legis, quia ad nihil
amplius utilia erant.

N. 37.

Hic advertas velim, quod dum apostolus Heb. 7.
12. ait: «translato enim sacerdotio, necesse est,
ut et legis translatio fiat» illam non intelligit
totam legem, sed tantum legem ceremonialem
de qua hic solummodo sermo est, quia alias Christus
sustulisset etiam legem moralem, quod nemo sa-
tebitur. Deinde apostolus hic non dicit,
Christum sustulisse sacerdotium et legem, sed tantum
translulisse, quod idem est, ac illa mutasse tan-
tum; certum est enim etiam in nova lege Christi
sacerdotium et legem ceremonialem reservasse
non ut antea erant, sed mutata, quia non erat

7 Heb. 7. ii.

sacerdos secundum ordinem aaron, sed secundum
ordinem Melchisedech, quia ergo ordo mutatus
fuit et sacrificium, etiam sacerdotium et lex
ceremonialis mutari debuit.

N. 38

Hic quoque bene notandum sacrificium Christi
duplici modo considerari debere, uno modo, quo
testamentum vetus in hoc puncto sustulit, et novum
instituit, et alio, quo est sacerdos secundum ordinem

Melchisedech. priori modo dum testamentum
 novum instituit, non debuit, ubi enim testa-
 mentum est, mors necesse est, intercedat testato-
 ris, testamentum enim in mortuis confirmatum
 est: alioquin nondum valet, dum vivit, qui
 testatus est. et ideo novi testamenti mediator
 est, ut morte intercedente in redemptionem
 eorum peccatorum, qui erant sub priori
 testamento, redemptionem acciperent, qui
 vocati sunt deus hereditatis.

Ad hunc mortem se ipsum obtulit, nam in
 quodam in mundum dicit: hostiam et ob-
 lationem noluisti, corpus autem papibile
 quodasti mihi: holocausta pro peccato non
 tibi placuerunt, tunc dixit: eue venio, in
 capite libri jeremiam est de me, ut faciam deus
 voluntatem tuam. et dicendo: eue venio, ut
 faciam deus voluntatem tuam, auferet primum
 testamentum, ut sequens stabeat.

Christus etiam auferendo prius testamentum
 observabat omnia, quae in illo praecipita erant.
 in priori tabernaculo semper intraibant sacer-
 dotes sacrificiorum officia consumantes, in
 secundo autem semel in anno solus pontifex
 non sine sanguine, quem offert, pro sua et populi
 ignorantiis: -- sic et christus apostolus pontifex
 futurorum bonorum, per amplius et perfectius
 tabernaculum non manu factum, id est, non huius
 creationis, neque per sanguinem hircorum, aut

x heb. 10. 5.

y psal. 39. 7.

N. 39.

z heb. 9. 6.

aa heb. 13. 11.

« vitulorum, sed per propriam sanguinem in
 « Hovul semel in Sancta olva redemptione
 « inventa.»

Item^{aa} quorum animalium inferbatur
 « Sanguis pro peccato in Sancta per pontificem,
 « totum corpora cremabantur extra castra.
 « Sic et Jesus ut sanctificaret per suum san-
 « guinem populum, extra portam passus est.»
 ex quibus satis claret, sacrificia prodicta fuisse
 figuram sacrificij christi in cruce.

N. 40.

Secundo modo christus non est tantum Me-
 diator novi testamenti, sed est etiam Sacerdos
 in eternum secundum ordinem Melchisedech.
 Sic enim Deus hoc sacerdotium nobis revelavit
 per Davidem psal. 109. 4. ubi ait: « Jiravit dominus
 « et non paritabit eum, Tu es sacerdos in eternum
 « secundum ordinem melchisedech.»

bb heb. 8. 3.

7 Melchisedech

Jam christus est sacerdos in eternum secun-
 dum ordinem Melchisedech, consequenter ide-
 « debet habere aliquid, quod offerat, omnis enim
 « Pontifex ad offerendum munera et hostias con-
 « stituitur.» hoc sacrificium autem, quod
 christus secundum ordinem offerre debet, non
 potest esse sacrificium crucis, quia nullibi
 legimus, Melchisedech se ipsum in cruce obtulisse
 quid ergo est, cum tamen assimilatus filio dei
 « maneat Sacerdos in perpetuum» eue! Scriptura
 ait: « ad vero Melchisedech Rex Salem! abraham

cc heb. 7. 3.

dd gen. 14. 18.

à eode reveertenti obviam factus? proferens
 panem et vinum, erat enim Sacerdos Dei
 Melchisedech, benedixit ei ergo Melchisedech
 obtulit panem et vinum in sacrificium, quia
 scriptura causam addit: erat enim Sacerdos
 Dei altissimi, et Sacerdotis solus est sacri-
 ficium offerre: ergo habemus sacrificium
 Melchisedech. nec tenet, quod hii heretici
 falso oblatant. Dicentes: Melchisedech
 panem et vinum tantum protulisse ad reso-
 celandum abraham et servos eius, sed ad
 quid scriptura quæ habebat addere, quod hoc
 fecisset, quia erat Sacerdos Dei altissimi?
 hoc scriptum est quivis prostrare potuit.
 dein abraham omnibus rebus suis provigis
 erat, reduxit enim vinctis Regibus omnem sub-
 stantiam, et cum ei Rex Sodomorum, qui ei
 auxilio fuit, ab illo de prada nihil petisset
 nisi animas, omnia, quæ ipsius erant, retribuit.
 denique abraham ipsi Melchisedech ex omnibus
 decimas dedit, ad quid ergo isto pane et vino
 opus habuisset? aut heretici aliud sacrificium
 ostendant, per quod christus sit sacerdos secun-
 dum ordinem Melchisedech, ut scriptura imple-
 atur? quod quia facere non valent, manet prius
 sacrificium.

christus ergo ut se monstraret esse sacerdotalem
 secundum ordinem Melchisedech, in qua nocte ^{ec} ee i. cor. ii. 23.
 tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit,

11 et dixit: accipite et manducate: hoc est corpus
 11 meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in
 11 meam commemorationem. Similiter et calicem
 11 postquam conavit dicens: hic calix novum
 11 testamentum est in meo sanguine: hoc facite
 11 quotiescumque bibetis in meam commemorationem.

N. 41.

§§ Luc. 22. 20.

Hoc verba sunt, et tantum questio est, an hoc
 panis et vini benedictio fuerit verum
 sacrificium nec ne? Christus ait: hoc est corpus
 meum, quod pro vobis tradetur. Et hic est calix
 novum testamentum in sanguine meo, qui pro
 vobis fundetur: ergo erat idem corpus, quod
 in cruce traditum est: idem sanguis, qui in
 cruce fusus est: jam si traditio corporis et
 fusio sanguinis in cruce sacrificium fuit,
 ut nemo negat, ergo et ista traditio sacri-
 ficium fuit, quia Christus utroque suum corpus
 et sanguinem Deo patri gratias agens in re-
 misionem peccatorum obtulit, dum ait: pro
 vobis tradetur et fundetur.

§§ Heb. 9. 15.

Item questus est ait: § § quod Christus morte inter-
 cedente novi testamenti mediator fuit eundem
 effectum tribuit Christus huic actioni dicens:
 11 hic est calix novum testamentum in sanguine
 11 meo" id est, quo sancitur et confirmatur novum
 foedus inter Deum et homines: ergo idem debet esse
 sacrificium. in cruce ergo hoc sacrificium testa-
 mentum nuncupativum erat, et in cruce con-
firmatum aut firmatum.

item quod hoc idem corpus et sanguis christi in
 cruce sit, quæ de declarat apostolus, ^{KK} dum ait: ^{KK} i. cor. ii. 27.
 itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel ^{KK} quod in cena tra-
 biberit calicem domini indigne, reus erit corporis ^{KK} dicit,
 et sanguinis domini, qui enim manducal et bibit
 indigne, iudicium sibi manducal et bibit, non
 dijudicans corpus domini. // jam si hic panis et
 calix non esset corpus et sanguis christi, non esset
 talis indignus reus corporis et sanguinis christi.
 Sed tantum panis et vini. Reus autem est, ait,
 quia non discernit corpus domini ab alio quovis
 cibo, qui in omni statu sine peccato sumi potest: ergo
 reus professus adesse debet corpus et sanguis christi.

Sed obijciunt: apostolus ait: // sanctificati sumus // ^{N. 42.}
 per oblationem corporis Jesu christi semel -- hic ^{II} Heb. 10. 10.
 enim unam pro peccatis offerens hostiam in sem-
 pitemporum sedet in dextera dei // ergo unum tan-
 tum sacrificium instituit et non duo.

Respondes verum esse, quod christus tantum
 unum sacrificium instituit, sed illud diverso
 modo, nimirum in cruce modo cruento, et in cena
 modo in cruce modo in cruce. unum est in se, quia christus
 tantum in cena quam in cruce idem corpus et eundem
 sanguinem em suum deo dedit in remissionem pec-
 catorum obtulit. Diversum autem, quia quod in
 cruce obtulit, aeternum semper representat, unde
 et Apostolus ait: // quocumque enim manducaverit ^{KK} i. cor. ii. 26.
 panem hunc, et calicem bibetis, mortem domini

pe Luc. 22. 19.

m m Heb. 7. 24.

et annuntiabitur donec veniat, quia fuit in cruce
 tradidit corpus et fudit sanguinem suum, ita et hic
 utrumque de novo tradit, et quidem multo meliori
 et conjunctioni modo, dum suum corpus in cibum et
 sanguinem in potum nobis tribuit. sacrificium
 ergo censu est continua viva representatio sacri-
 ficij crucis, unde et ipse apostolus sic ^{ee} precepit, ut
 ad reverentiam mortis sue memoriam hoc sacrificium
 celebrent, hoc facile in meam commemorationem.
 Ratio huius institutionis est, quia ^{m m} christus manens
 in clarum sempiternum habet sacerdotium, et
 sic etiam semper manens sacrificium, quod de sacri-
 ficio crucis dici non potest, de quo tantum merito
 non autem sacrificium manet, unde et salvare
 in perpetuum potest, accedentes, pro semetipsum
 ad deum, semper vivens ad interpellandum, pro nobis
 et quomodo hoc melius facere poterit, nisi dum
 sacrificium suum eruentum viva representatione
 suo datus semper offert?

Est et adhuc alia ratio: christus hoc sacrificium
 instituit in sui commemorationem: ut ergo tanti
 beneficii iugis in nobis maneret memoria, corpus
 suum in cibum, et sanguinem suum in potum sub
 specie panis et vini sumendum nobis reliquit, ut
 signis redemptionis nostrae semper ante oculos habeamus.

N. 49.

m m Levit. j. 17.

Comprehendit quoque hoc sacrificium in se om-
 nia sacrificia veteris legis N. 36. notata. essentim
 holocaustum ⁿⁿ seu oblatio fragrantissimi odoris domino

qua Deus ut Supremus Dominus calitur, et ideo
 vocatur sacrificium Cabreniticum. et quod ac-
 ceptus deo esse potest, quam dum suus filius di-
 lectissimus in nomine vobis mundum ipsum tanquam
 patrem et deum suum agnoscat, revelat, et adorat
 et se ipsum illi in sacrificium offert. De in

an non et christus pro peccatis nostris mortuus est 00 i. Act. 9. 18.

christus pro injustis, ut nos offerret deo, et reconcili- pp coloss. 1. 20.

aret omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis
 eius, sive quod in terris, sive quod in caelis sunt. an

non sic ipse est procuratio pro peccatis nostris. 99 i. Joann. 2. 2.

Denique et ipse est hostia pacificorum seu pro RR Levit. 7. 11. 12.

gratiarum actione. an non ipse est, qui per passionem
 suam omnes gratias promeruit. an non et ipse est

qui dicit: amen amen dico vobis, si quid petieritis
 patrem in nomine meo, dabit vobis.

Cum igitur christus hae tria sacrificia unica
 hostia in cruce adimpleverit, et quodvis per sacri-
 ficium missae modo incremento renovet, et re-
 presentet: merito ista mortua et mortifera facta
 sunt, mortua, quia per sacrificium christi abrogata
 et figura per figuratum sublata sunt: mortifera
 autem, quia si adhuc subsisterent, sanguis vi-
 tularum et riscorum in funum dedecus sanguini
 christi ad latus ponerentur, qui tamen solus est,
 in quo redemptionem totus mundus acquirit.

Et si autem haec sacrificia abrogata sint,
 propterea tamen non tota lex ceremonialis sublata

N. 44.

N. 45.

fuit. Lex hoc ceremonialis adhuc, plura sub se
 continet sacrificia, quod non redemptionem sed
 immediatè cultum divinum respiciunt, quo christus
 non sustulit, sed et approbavit, et adhuc in Ecclesia
 observantur, licet sub alio ritu. qualia sunt,
 1mo Incensum, quod mane et vespere in aetari
 Agnimanitis adorari debuit Exod. 30. 7. et Thurisibula
 ad offerenda Libamina. Exod. 25. 29.

Errat ergo Ecclesia dum idem incensum offert
 Deo in signum protestationis sui divinitatis?
 aut erravit christus dum ihesus ex eodem motivo
 à magis accepit? ⁵⁵ aut dum pater est à Maria fili
 unguento pedes inungi? ⁷⁷ non, sed dixit: "sinite
 illam, ut in diem sepulchri mei servet illud."

2do Exod. 27. 20. prociptur Lucerna, ut ardeat
 semper in Tabernaculo Testimonij: lux huius erat
 figura christi: "erat lux vera (ait S. Joannes c. i. g. i.)
 quae illuminat omnem hominem venientem in
 hunc mundum." errat ergo Ecclesia dum juxta
 lucem omnes adoret, veram lucem in domo dei
 presentem esse, ut adoretur?

3tio Judaei varia sacrificia laudis habebant,
 in quibus imitatur eos Ecclesia, an propterea
 errat? ~~Ecclesiastica~~ non, ait S. Paulus Ephe. 5. 19.
 "Loquentes vobismet ipsis in psalmis et hymnis, et
 canticis spiritualibus, cantantes et psallentes
 & in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper
 & pro omnibus in nomine Domini nostri Jesu christi
 & Deo et Patri."

55 Math. 2. 11

77 Joan. 12. 3.

4to. ut colera ^{verbo} expediam, Iudaei etiam sacri-
 ficia spontanea, et oblationes quasdam in templis
 ex precepto faciendas habebant Levit. 7. 16. an forte
 et illas Christus sustulit? contrarium video
 Luc. 21. 3. ubi viduam pauperem, qui tantum
 ara duo minuta in gazophylacium misit, lauda-
 vit dicens: *vere dico vobis, quia vidua hoc pauper
 plus quam omnes misit.* et cum discipulos
 numerantes audisset Matth. 23. 8. quod mulier
 galabastum unguenti effudit super equitatus,
 dixit: *quid molesti estis huic mulieri? quae enim
 bonum operata est in me. nam semper pauperes
 habetis vobiscum, me autem non semper habetis?*
 Sto. Deus in veteri lege prohibuit certas ceremonias
 pro ordinatione sacerdotum, et prosequi ut funus
 sacerdos oleo sancto ungetur in capite Levit. 8. 12.
 et colari sacerdotes in manibus Exod. 28. 41. prohibuit
 quoque vestes prociuas, quibus induti sacrificia offerre
 debebant, erravit Ecclesia, dum horum ritus servavit
 et ad normam novi sacrificij applicavit. verum
 est de horum rituum nihil legitur in Evangelio, legitur
 tamen Luc. 4. 18. quod Christus unctus fuerit spiritu
 sancto, nam prolegens Iudaeis idem Isaias 61. 1. *spiritus
 Domini super me, propter quod unxit me Evangelizare
 pauperibus* ipse dixit: *quia hodie impleta est scriptura
 hoc in auribus vestris.* sic et quod solos suos tra-
 cendo spiritum sanctum Joan. 20. 22. in sacerdotes con-
 secrauit, adeoque horum signo externo opus non habuit.

uu Levit. 8. 12.

Ecclesi 45. 18.

Quia autem hæc unctio largitionem spiritus sancti,
 et consecrationem ad cælestium officium designat, u
 4. Julii: ait S. Scriptura i. Reg. 10. 1. Samuel lenticulas
 et olei, et effudit super caput Saulis, et deosulatus est
 eum et ait: ecce unxit te dominus super hereditatem
 tuam in dirigensem cur Ecclesia hunc ritum non con-
 servet? et quis fuit, an Apostoli ipsi hac unctione
 in consecratione sacerdotum usi fuerint, licet scrip-
 tura nihil referat? quod multos reges oleo unxerint
 et sanaverint, testatur S. Chrysostomus c. 6. 13. ubi nusquam
 legamus, Christum eis hanc unctionem præcipere.
 imò S. Paulus 2. cor. 1. 21. sic de se loquitur: « qui
 autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui
 unxit nos deus, qui et signavit nos, et dedit pignus
 spiritus in cordibus nostris, jam sive quod hoc hinc
 fit de interna unctione tantum, sive etiam de ex-
 terna loquatur, parum interest, quia externa semper
 est signum internum, et sic legi nova non contraria.

Dein quare retinetur unctio Regum, quæ nulla
 lege in novo Testamento præcepta est? ego nullam
 aliam invenio causam, quam quia Rex per hanc
 unctionem consecratur ad officium Regum, cur ergo

quæ in sacrificio non retineatur unctio sacerdotalis, cuius officium
 missæ adhibendis multo majus est? idem de vestibus quæ
 dici debet, nam quia Ex his igitur manifestum fit, quod lex ceremonialis
 sacerdos personam non ex toto, sed tantum quoad sacrificia præcipua
 casti agit, etiam et quasdam ceremonias abrogata fuerit.
 vestibus, quæ eum
 respectant, utatur
 necesse est.

ut ergo omnia praedicta in unum contrahamus,
dicendum, quod, quia lex est nomen genericum,
quod sub se varia praecpta continet sicut et lex
naturalis, nimirum praecpta moralia, judicialia,
ceremonialia ad cultum divinum specialiter
pertinentia: item prophetias, historias et gene-
alogias, et haec omnia, ad docendum, ad argu-
endum, ad corripiendum, ad erudendum in
justitia, ut perfectus filius hominis ad omne opus
bonum instructus, omnia haec praecpta suam
auctoritatem ad se retinere, non ut obligent
hominem ad ea quae complenda exceptis mora-
libus, sed ut in ad eruditionem suam utatur,
et per figuras veritatem Evangelij agnoscat, si-
modo quo ad sacrificium novae legis pertinent,
excipias, quia hoc solum est, à quo cetera omnia
sua merita accipient. Sed

Quaerens: cur Deus legem Moysi et in ea sacri-
ficia instituerit, cum tamen neminem justificare
pobuerit?

R. hoc ut melius intelligas, sciendum, quod cum
lex quam sacrificia diversos fines habeant Deus
et creator et conservator hominis est dominus
solutus illius, et homo servus eius. Servus ex natura
sua tenetur domino suo in omnibus obedire, et
illum ut dominum suum venerari, ut autem ei
obedire possit, necesse est, ut à domino suo praecpta
habeat, nam sine his ei obedire non potest.

Similiter ut eum colat, prout deus, scire debet
 quo cultu coli velit, nam quia deum non videt
 nec comprehendere potest, refuit qui eum venerari
 debeat, nisi et ipse illi hoc revelet. exemplum
 habemus in primo homine. vix enim adam creatus erat,
 deus statim, ut illum in sua obedientia conservaret,
 ei precepit, ne comedit de fructu ligni scientis
 boni et mali et quidem sub pena mortis. post
 peccatum et alia precepta adjecit ut equite primo
 offendi. nec dubium est, quod ei quoque precepit,
 ut ei primitias panis de frugibus terrae quam de peco-
 ribus in sacrificium offerat, alias abel hoc ob-
 servans a deo non fuisse laudatus, Cain vero
 hoc non observans reprobatus. ex quibus colligitur
 finem legis esse servitium dei, sacrificij vero illius
 cultus.

Item dicendum est de lege Moysis, in qua
 deus priora mandata tantum renovavit, et
 Moysi, ut in volumine scribat, precepit, ut
 hominibus semper prolegi possent, ne ex eorum
 memoria exierant, atque alia adhuc addidit
 pro conservatione munditiae corporalis, ex
 quarum observatione recordentur, quam munditiam
 debeant esse in corde, et sic a peccato absterne-
 antur.

N. 48.

Verum est, quod utraque lex et sacrificia homi-
 nem in conscientia justificare non potuerunt,

xx Eph. 2. 3.

quia hic defectus non se tenet ex parte legum
 et sacrificiorum, sed ex peccato originali, pro-
 ceunt, ut cuius^{xx} nos omnes natura nascimur filij
 ire dei, que ira non tollitur nisi sanguine
 christi, nam si adam non peccasset, nulla re-
 demptione opus fuisset, sed omnes per solam ob-
 servationem legis justii permanissemus, in-
 eim quia ceteri homines huius peccati non
 ex propria voluntate rei sunt, sed in eos tantum
 per propagationem ~~causa~~ transfunditur, miseri-
 cors deus, qui neminem vult perire, illis alio
 remedio providit, mittendo filium in hunc
 mundum, ut in carne assumpta per passionem
 vicariam pro hac culpa satis faceret, et per eum
 omnes justificarentur.

Hoc justificatio neminem ullo tempore latere
 voluit, quia statim post peccatum ad deum ire
 promisit, semen mulieris conteriturum caput
 serpentis causa huius peccati. ino abrahâ etiam
 nodum, quo hoc fieri debeat, revelavit, dicens
 gen. 22. iussit, habere filium suum unigenitum
 et illum in holocaustum offerre in eodem monte
 in quo postea christus crucifixus fuit. in
 lege moysi Exod. 13. 2. precepit: "sanctifica michi
 omne primogenitum, quod quod vulvam in-
 filijs israel tam de hominibus, quam de fumentis,"
 Exod. 34. 20. "primogenitum filiorum ditorum"

quis est primo-
genitus omnis
creaturae? coloss. 1.
15.

N. 49.

«redimes.» quos, cur deus tantum primogenito
sibi in sacrificium offerre iussit, et non alios filios
qui etiam dei sunt: an forte primogeniti hi non
sunt figura christi, et sic ait Eusebius episcopus 36.

14. et israel, quem coequasti primogenito tuo,
ergo et eorum oblatio est figura sacrificii christi.

Nec obest, quod deus etiam hic iusserit primo-
genita animalium et fructuum sibi offerre, quia
et apostolus Heb. 9. 10. ait: «hoc tantum usque ad

tempus correctionis cognoscita erant, et tamen
figura sacrificii christi erant: sunt enim san-

guis Leviticorum et sanguis et cinis vitulae
«aspersus inquinatos sanctificabat ad emun-

«dationem carnis, sic sanguis christi emundat
«conscientiam nostram ab operibus mortuis ad

«sacrificandum deo viventi.» ibi. et sicut in lege
veteri «omnia in sanguine secundum legem mun-

«dabantur, sic christus per proprium sanguinem
«introsit semel in sancta aeterna redemptione

«inventus.» ibi.

Sciebant ergo omnes homines deum desira-
missurum, qui eos a peccato redimeret in lege
naturae hoc clare Jacob benedicens iudeo vali-

cinatus est, dicens: «non auferetur seipsum
«de iuda, et dux de favore eius, donec veniat

«qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium,
et crux in lege scripta:» prophetam suscitabo
«eis de medio fratrum suorum similem tui, et

yy gen. 49. 10.

22 deut. 18. 18.

ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad
eos, omnia quae praecepero illi. Reges quoque sunt
illi duo discipuli in Emmaus euntes, qui Luc. 24. 21.
ad Jesum dicebant: nos sperabamus, quia ipse
esset redempturus Israel, et Judaei omnes usque
in hodiernum diem.

Lex igitur tam Lex naturae et Moysis à pec-
cato liberare non potuerunt, tamen non sunt
inutilia, sed bona et sancta. nam in eo retine-
ant homines in debita obedientia et cultu divino.

Deo abstergebant eos ab ulterioribus peccatis,
ubi enim non est lex, nec est provocabitio.

a Rom. 4. 15.

Deo promisit Deus observantibus praecepta multa
bona. Sicut quia ego Dominus Deus tuus ipse est
Deus fortis et fidelis custodiens pactum et
misericordiam diligentibus se, et his qui custodi-
unt praecepta eius in mille generationes.

b Dent. 7. 9.

Deo potuerunt etiam per observationem horum
praeceptorum cum fide in Messiam promoveri
iustitiam internam et vitam eternam.

c Levit. 18. 5.

Deo praecepta mea, ait Deus, et iudicia mea offen-
di eis, quae faciens homo vivet in eis. in superet
sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me
et inter eos, et fierent, quia ego Dominus sancti-
ficans eos. Hae enim fides in Messiam veterum
est eadem fides, quae nos in lege nova justificat
consequenter est et eiusdem meriti, alias patriarchae
aliqui iusti tam in lege naturae quam Moysis nunquam
quam justificari voluerunt.

* Ezech. 20. 11.

Rom. 10. 5.

De differentia inter legem naturae
et moysi.

N. 50.

a Rom. 3. 1.

b Rom. 2. 29.

c ibi v. 14.

Cum Iudaei ex data sibi lege gentes condemnabant,
et gratis Dei indignos iudicabant, atque de circum-
cisione sua et propria abrahae gloriabantur.
S. Apostolus Paulus eos sic arguit: "quid ergo
" amplius Iudaeus est? aut quae utilitas circumcisionis?
" multum per omnem modum. primum quidem, quia
" credita sunt illis eloquia Dei, id est, oracula et
" promissa Dei, leges divinae et scripturae factae.
" quid ergo? prodeffimus eos? nequaquam. causati
" enim sumus, Iudaeos et gentes omnes sub peccato esse
" circumcisio quidem prodest, si legem observes. si
" autem provocator legis sis, circumcisio tua pro-
" putium facta est. nam si, proputium iustitiae legem
" custodis, nonne proputium illius in circumcissione
" reputabitur, et quod ex natura proputium est et
" legem consumat, nonne te iudicabit, qui per
" litteram et circumcissionem provocator legis es?
" non enim qui in manifesto Iudaeus est, neque qui
" in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in
" abscondito Iudaeus est, et circumcisio cordis in spiritu
" non litterarum, cuius laus non ex hominibus, sed ex
" Deo est. nam licet gentes legem non habeant,
" naturaliter tamen ea, quae legis sunt, faciunt, et

sic eius modi leges non habentes: ipsi sibi sunt lex,
 qui ostendunt apud legis scripturam in cordibus suis,
 testimonium reddente illi conscientia ipsorum,
 et inter se invicem cogitationibus ac factibus, aut
 etiam defendentibus. quid ergo in lege gloriaris,
 dum per provocationem legis deum in honoras?
 gloria igitur et honor et pax omni operanti
 bonum: iudeo primum et graeco, non enim est ac-
 ceptio personarum quod deum. quisquis enim sine
 lege peccaverunt, sine lege peribunt, et quisquis
 in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur, non
 enim auditores legis iusti sunt quod deum, sed facto-
 res legis iustificabuntur. ubi est ergo gloriatio
 tua? exclusa est, per quam legem? factorum?
 non sed per legem fidei. arbitramur enim iustificari
 hominem per fidem sine operibus legis. an iudeorum
 deus daturus? nonne et gentium? imo et gentium,
 quoniam quidem unus est deus, qui iustificat
 circumcisionem ex fide et praeputium per fidem.
 dicimus enim, quia reputata est abrahae fides ad
 iustitiam. quomodo ergo reputata est? in circum-
 cisione an in praeputio? non in circumcisione sed
 in praeputio. et signum accepit circumcisionis sig-
 naculum iustitiae fidei, quod est in praeputio, ut sit
 pater omnium credentium per praeputium, ut reputetur
 et illis ad iustitiam. et sit pater circumcisionis non is-
 raelitum, qui sunt ex circumcisione, sed et illis, qui sectantur
 vestigia fidei, quod est in praeputio patris nostri abrahae,

ad Rom. 2. 30.

e Rom. 4. 9.

§ gen. 17. 20.

g math. 2. 9.

non enim per legem promissio abrahae et semini
 eius facta est, sed per iustitiam fidei. igitur non
 vultis dicere intra vos: saltem habemus abraham
 quoniam potens est deus de equis suscitare filios
 abrahae. sed si filii abrahae estis, opera abrahae
 facite.

h. joan. 8. 39.

N. 91.

Ex hac doctrina sequitur ino. legem moysaica
 non differre à lege naturali, quia quod iudei per
 legem scriptam fecerunt, etiam gentes per legem
 naturalem facere potuerunt et debuerunt: quia
 unus est deus, qui iustificat circumcissionem ex
 fide, et proputium per fidem, nisi quod provari-
 catio iudeorum magis peccatum fuerit, quia mag-
 orem cognitionem eius ex lege scripta habuerunt.

N. 92.

i galat. 3. 22.

h. galat. 5. 6.

2do: quia scriptura omnia conclusit sub peccato,
 ut promissio ex fide Jesu christi daretur credentibus
 ideo in christo Jesu neque circumcisio aliquid valet,
 neque proputium, sed fides, quae per charitatem operatur
 unde vel maxime errant, qui credunt, circumcissionem
 institutam fuisse ad delendum peccatum originale
 circumcisio enim non erat signum gratiae, sed sig-
 naculum fidei iustitiae fidei, quae erat in proputio
 abrahae. nam si hoc verum esset, deus feminis nulla
 remedia pro hoc peccato providisset sicut et gentibus,
 providens autem scriptura, quia ex fide iustificat
 gentes deus, pronuntiavit abrahae: quia bene-
 dicentur in te omnes gentes. igitur qui ex fide sunt
 benedicentur cum fidei abrahae, quia qui ex
 fide sunt, et sunt filii abrahae, sive circumcisi sint
 vel in proputio.

e galat. 3. 8.

Circumcisio ergo erat tantum signaculum iustitiae
fidei abrahae, et ideo instituta est, ut posteris eius
ipso signati semper recorderentur iustitiae fidei patris
suis, ut ipsum in hac fide imitarentur. fuerunt si-
quidem plures sancti et iusti homines, ut Henoch, Job,
qui circumcisi non erant, qui tamen omnes per fidem
tantum in Aeternam salvi facti sunt.

Est igitur Lex Moysis eadem Lex, quam obser-
vare debebant homines in lege naturae, quia utriusque
regis auctor est Deus, qui in suis decretis non mutatur.
Dein homines isti creaturae Dei erant, sicut et posteris
creati quosque erant ad salutem aeternam,
ergo omnia scire debebant, quae ad cultum di-
vinum, et salutem suam sibi necessaria erant.
Licet fortassis illorum Lex scripta non fuerit,
habuerunt tamen prophetas, qui ipsos in omnibus
instruerent, et de peccatis commisis arguerent.

sic prophetavit eis septimus ab Adam Enoch
dicens: ecce venit Dominus in sanctis millibus
suis, facere iudicium contra omnes, et arguere
omnes impios de omnibus operibus impietatis
eorum, quibus impiè egerunt, et de omnibus dicitis,
quae locuti sunt contra Deum, peccatores impii.
sic postea gen. 9. prophetavit et Noe, et peniten-
tiam per centum annos predicavit. iam si Legem
non habuissent, ad quid ista predicatio? ubi enim
non est Lex, non est etiam peccatio.

N. 53.

in Jud. v. 14.

Caput 5^{tu}

49

De novo Testamento seu lege gratis.

Tandem tempus tandem expectatum iuxta danielis c. 9.
prophetiam advenit, et consumaretur provaricatio
et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et
adveniat iustitia sempiterna, et impleatur visio et
prophetia, et ungetur sanctus sanctorum, dum ximi-
rum deus misit filium suum in mundum, et salvetur
mundus per ipsum, et novum testamentum cum homini-
bus statuat, iuxta Jerem. 31. promissionem factam, ubi ait.
ecce dies venient, dicit dominus, et faciam domui Israel
et domui iuda fœdus novum, non secundum pactum,
quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi
manum eorum, et educebam eos de terra aegypti: pactum
quod iuratum fecerunt, et ego dominatus sum eorum,
dicit dominus. Sed hoc erit pactum, quod faciam cum
domo Israel post dies illos, dicit dominus: dabo legem
meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam
eam, et ero eis in deum, et ipsi erunt mihi in populum.
Et hoc est illud testamentum novum, quod filius
dei, dum in hac terra aget, ipse predicavit, et postea
per apostolos in universo mundo predicare iussit, quod
postea ^{partim} per traditionem partim per scripturam novae legis
usque ad nos pervenit. dico partim per traditionem,
quia non omnia scripta sunt, quae christus docuit et fecit
legit. S. Joanne c. 21. 25. ubi ait. sunt autem et alia
multa, quae fecit Jesus, quae si scribantur per singula

N. 55

« nec ipsum arbitror mundum equare posse eos, qui scri-
 « bendi sunt, libros. » Christus etiam suis apostolis non pro-
 cepit suam doctrinam in scriptis tradere, « sed docentes eos,
 « servare omnia, quaecumque mandavi vobis. » Math. 28. 20. et
 ex ipsa sacra scriptura sciunt, apostolos multa ore tenus
 docuisse et statuisse quae scripta non sunt, sed tantum ex
 traditione nos cognoscere et fidei populum. De hac tra-
 ditione vide plura n. 241. et 257. igitur ne idcirco rejecta-
 mus, hic tantum quasdam quaestiones de scriptura sacra
 proponimus, praecipua ipsa, seu novam legem n. 501. infra
 explicaturi.

N. 56

Quaest. j. Quid sit S. Scriptura nova legis?

R. Scriptura sacra haec nihil aliud est, quam dicta et facta
 Iesu christi ab apostolis et discipulis eius literis confir-
 mata. sic enim omnes libri a propriis auctoribus vel
 inscribuntur, aut de eis testantur.

N. 57.

Quaest. 2da an apostoli et discipuli omnia fideliter
 in suis scriptis retulerint, quae Iesus fecit et docuit?

R. S. Joannes c. 20. 31. ait: « hoc autem scripta sunt, ut
 « credatis » hic est enim discipulis ille, qui testimonium
 « perhibet de his, et scripsit haec, quia verum est testi-
 « monium eius » et j. Joan. i. i. « quia nihil aliud an-
 « nuntiamus et testamur, quam quod fuit ab initio,
 « quod audierimus, quod vidimus oculis nostris, quod
 « perspeximus, et manus nostrae contrectaverunt de
 « verbo vitae. » sic etiam testatur S. Lucas Luc. i.

De se dicant: quoniam quidem multi corati sunt ordinare
 11 narrationem, que in nobis completa sunt rerum, sicut tra-
 12 diderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt et ministri
 13 fuerunt sermonis, visum est et mihi a speculo omnia prin-
 14 cipio diligenter ex ordine tibi scribere, optime theophile,
 15 ut cognoscas eorum verbarum, de quibus eruditus es, veri-
 16 tatem. Idem testantur de se et alij scriptores.

Et quod hoc testimonium verum sit, patet ex hoc, quia
 omnes scriptores non in uno loco et tempore, sed in dives-
 sis locis et temporibus sua scripta exarant, et tamen in
 omnibus conveniunt, nisi quod unus aut aliter unam
 aut alteram circumstantiam omittat aut addat, quoad
 substantie rei non obest, ex quo sequitur, haec omnia illos
 ab uno Magistro iesu manum ducente didicisse.

Dein hi scriptores non aliter scripserunt, quam ore
 contestati sunt. Notum enim vobis facio fratres, ait
 5. Paulus galat. i. 11. Evangelium, quod Evangelizatum
 12 est a me, quia non est secundum hominem, unde
 et Petrus et Joannes act. 4. 20. ad principes sacerdotum
 dixerunt: non enim possumus, qui vidimus et audivimus
 13 non loqui, quia non ipsi erant, qui loquebantur, sed
 14 spiritus sanctus, qui loquebatur in illis. Math. 10. 20.
 hinc et Paulus 2. cor. 13. 5. ait: an experimentum queritis
 11 eius, qui in me loquitur christus? si ergo idem est
 12 testimonium, quod hi scriptores ore tenus et in scriptis

Dederunt, et eadem doctrina, quam deus ipse S. Petro
c. 16. 20. signis et miraculis confirmavit, viva et fidelis
est eorum scriptura.

N. 58.

Quod aequali auctoritate hoc scriptura habeat?
R. Divinam, quia ipsa est verbum dei. Christus misit
apostolos suos ad predicandum Evangelium cum
eadem potestate, quam ipse à Patre accepit, sicut misit
me Patres, et ego mitto vos. Jo. 20. 21. unde et ipse
ait Luc. 10. 16. "qui vos audit, me audit, et qui vos sper-
nit, me spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui
et misit me."

N. 59

Quod 4to. Ex quibus libris constat hoc scriptura?
R. Libri quos habemus, et ab Ecclesia omni tempore ut
verbum dei recepti fuerunt, sunt sequentes: 1o quatuor
S. Evangelia. 2. Actus Apostolorum. 3. Epistola S. Pauli
una ad Romanos. duo ad Corinthios. una ad Galatas,
una ad Ephosios, una ad Philippenses. una ad Colossenses.
duo ad Thesalonicenses. duo ad Timotheum. una ad
Titum. una ad Philemonem. una ad Hebraeos. 4. Epistola
Jacobi. 5. duo Petri. 5. tres Joannis. 6. una Iuda.
7. Apocalypsis S. Joannis.

Hi libri omnes: excepta apocalypsi, quae forte tunc
temporis adhuc non scripta aut nota erat, iam continentur
in canonibus Apostolorum can. 84. per Clementem Petri
successorem in unum congestis, quibus etiam adduntur
duo Epistola ipsius Clementis, quae tamen nunquam in

canonem fuerunt regule. circumferentur olim adhuc
plures alij libri et Evangelia vel sub nomine Matthei sive
Jacobi minoris, vel sub nomine Petri et Joannis, qui à falsis
scriptoribus confecti sunt, qui tamen ab Ecclesia quin recepti,
damnati fuerunt. vide Decreta Innocentij. cap. 7. de concil.
Trent. sep. 4. in decreto no.

Quod 5. an penes Ecclesiam stet, hos vel illos libros in cano- N. 60
nem recipiendi?

Quia Christus apostolos suos constituit regere per
sua precepta sua, sic quoque seire debent, quae sint ipsius
precepta, et sic etiam discernere, an hic vel ille liber vere sua
precepta in se contineat, et dictante spiritu Sancto conscripserit,
et sic inter libros factos numerari possit. Et hoc de scriptura et hoc
pro hic et nunc dicta sufficiant.

Hanc autem scripturam Christus non orbis mundo sed
Ecclesie sicut in depositum dedit, ideoque in illa, quodammodo
" apostolos, quosdam prophetas, alios Evangelistas, autem
" pastores et doctores constituit ad confirmationem
" Sanctorum in quibus ministerij, in edificationem corporis
" christi Eph. 4. ut ex ore ipsorum legem accipiant, et unitas
doctrinae conservetur, de qua nunc vobis agendum.

Scriptura potest
traditionem
est fundamentum
Religionis
Christiane,
quia ex illa
scimus, quid
Christus docuit
et fecit.

Caput 6^{um}

De Ecclesia.

Christum sibi propriam Ecclesiam constituisse, et nemo Christi- N. 61
anorum negat, Matth. enim 16. 18. ipse hoc verificat dicens:
" Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.
Et S. Paulus ait Eph. 5. 29. " Christus dilexit Ecclesiam, et
se ipsum tradidit pro ea, ut eam quodammodo
in qua sola salus aeterna obtineri potest, quia per illam
solum corpori Christi unimur, et participes meritorum
eius reddimus.

et sic ait: Ditzmeige Ding ist die wason Ding, wolle die
 wason Leib christi ist, und dann gliedert alle wason gliedert
 christi sind, in dem Leib zusamen zueigt wie die gylt-
 lise, unjstbafon und heilig, gläub, und die gylt-
 gyltise und gyltise wason sein zu unnd. Eph. 4. 16.
 Nun aber ist die Ding, wam si also angeston sind,
 notwendig unjstbaf, dann man sich wnder die un-
 igung der gliedert und die fangt, nach dem heiligen heiligen
 Leib heiligt, wam und wie in christi Leib ist, nach die gylt-
 lise zusamenfügung der die der heiligen gläub zu-
 sammen fangenden gliedert.

Hic auctor, ut et profunde se docuisse sibi imaginetur,
 tamen in cerebro deliquitum papum esse videtur. verum est,
 quod Ecclesia sit corpus christi et omnia membra per spiri-
 tualem junctura, nempe per fidem et doctrinam in unum
 corpus compaginentur, an propterea fides et doctrina, et
 adeo ista junctura est invisibilis? per fidem conjugimur
 Deo et nos adinvicem. sic docet christus Joan. 17. 20. ubi
 ait: non pro eis rogo tantum, sed et pro eis qui cre-
 dituri sunt per verbum eorum in me, et omnes unum
 sint, sicut et tu dater in me, et ego in te, et et isti in
 nobis unum sint. Nam fides, etiam si in corde sit,
 et non videatur, tamen se ipsam prodit in operibus, et
 se cognoscibilem reddit. sicut conjunctio animo cum

cum corpore non videtur, ipsa tamen per actiones suas se prodit, et ad se demonstrat. Deinde an non omnes credentes etiam quoad corpora sunt membra christi? sic docet Apostolus Paulus 1. cor. 6. 15. ubi ait: «res-
 «citis, quoniam corpora vestra membra sunt christi»,
 quis ergo sano mentis a seere audebit, homines cre-
 dentes etiam in suis corporibus esse invisibiles?
 hoc solum quod Sectariorum conceperim, qui fidei fidem
 tantum speculativam habent, ita etiam Catholicam tantum
 speculativam habent.

Deinde apostolus Rom. 10. 17. ait: «fides ex auditu, auditus
 «autem per verbum christi: sed dico: nunquid non audierunt?
 «et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, et in
 «fines orbis terra verba eorum.» Jam si fides ex auditu
 est, debet etiam doctrina esse audibilis et visibilis,
 quia verbum dei publice et in oralis omnium hominum
 predicatum fuit, et modo predicatur. ex hoc autem
 necessario sequitur, quod et ipsa fides sit visibilis, quia
 fides nihil aliud est, quam assensus rei, predicata, quem
 assensum omnes credentes publice confiteri debent, aliam
 nemo sciret, quis crederet, nemo baptizari aut aliud fac-
 mentum suscipere posset. unde et idem apostolus cit. l. v. 10.
 ait: «corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad
 salutem.»

Denique si fides esset invisibilis, quomodo S. Paulus scribere
 potuit Rom. 1. 8. quia fides vestra annuntiatur in universo
 mundo? sed

Insuper Jo. predictus auctor, et ait: idem apostolus
 ait etiam Heb. ii. quod fides est substantia rerum
 sperandarum, et argumentum non apparentium.
 consequenter fides ex natura et proprietate sua fundatur
 in solo testimonio dicentis et non in ipsa rei sic
 christus erat secundum naturam humanam visibilis, *q. visibilitate*
 sed non ut deus. unde dum petrus idem filium
 dei confessus est, ipse christus testatus est, quod hoc
 non ex se, sed ex revelatione divina dixisset.
 petrus igitur credidit revelationi, et non rei, quam
 non videbat. cum ergo revelatio sit res invisibilis,
 etiam fides debet esse invisibilis, quia fundatur
 in revelatione. pariformiter etiam dicendum
 de Ecclesia, quatenus est sponsa christi et communio
 omnium credentium, in quo sensu duplici modo
 considerari debet, nempe materialiter et for-
 maliter. materialiter, quatenus constat ex ho-
 minibus credentibus, et quod hoc modo visibilis sit,
 nemo negat. et formaliter, quatenus est sponsa
 christi, et cum ipso conjungitur, et hoc modo quia
 nec conjunctionem nec ipsam sponfam videmus,
 et fides hoc se tantum in revelatione se fundat,
 est invisibilis, quod nemo negare potest.
 R. hic auctor hic quidem imperiose dixerunt
 sed contra ingenium; nam quod dicitur apostoli se habet,

fides est substantia rerum sperandarum id est,
 fides facit in animo hominis res revelatas sed
 tamen adhuc sperandas ita certas subsistere iac p.
 De facto existent. Apostolus ipse hanc explicati-
 onem hoc exemplo ibi v. 3. confirmat, ubi ait:
 "fide intellegimus aptata esse secula verbo dei, ut
 ea invisibilibus visibilia fierent." nemo nostrum
 creationi mundi adfuit, sed dum revelationi cre-
 dimus, hoc fides totam descriptionem moysi in
 nobis ita certam efficit, quasi totam creationem
 oculis vidissemus.

Est argumentum non apparentium seu ut quous
 patet, est demonstratio siue lumen, quo intellectus
 convincitur ad firmiter ea credenda, quae non videt
 aut naturaliter non cogit. "sic fide et ipsa Sara
 "sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit
 "etiam post tempus obit, quoniam fidem cre-
 "didit esse eum, qui repromiserat." ibi v. 11.

Ex his igitur patet, revelationem esse causam
 fidei, et donum dei esse ut homo credat, sed fides
 non est ipsa revelatio, aut ipsum donum dei, sed
 assensus hominis, qui non fundatur in revelatione
 sed in voluntate hominis, qui assensus illi reputatur
 ad iustitiam. "credidit abraham deo, iustitiam
 f. Rom. 4. 5. et reputatum est illi ad iustitiam." jam ex cuius
 parte se tenet fides, revelationis aut abraham?
 abraham credidit, et revelatio illi tantum ansum

dedit ad credendum. quidne ergo hae fides abrahā
 incognita et invisibilis? non, sed per opera et
 obedientiam illam etiam alii visibilem reddidit.
 pariformiter loquendum de veritate christi et con-
 fessione debri. verum est, petrus non fuisse
 confessor christum vel filium dei, nisi datus hoc
 ei revelasset, sed confessio hae non erat revelatio
 licet hae ansam ad illam dederit, sed propria con-
 fessio petri, quam et christus promissit con-
 firmando eum caput visibilem suae Ecclesiae.

Denique an hae comparatio aliqua locum habeat
 inter fidem et Ecclesiam? an fides est Ecclesia,
 aut Ecclesia fides? fides facit membrum Ecclesiae,
 ergo est causa Ecclesiae, quis autem unquam tam
 ingrate somnariit causam esse effectum?

Insuper est quod addit, nempe Ecclesiam constare
 ex hominibus credentibus quasi ex materiali,
 et quatenus sit sponsa christi et cum ipso conjun-
 gitur quasi ex formali: nam sic dicit: omnes
 homines credentes sunt membra Ecclesiae, et hae
 membra faciunt unum corpus et Ecclesiam et
 sponsam christi. jam omnia membra sunt visi-
 bilia, ergo et totum corpus et ipsa sponsa debet esse
 visibilis. si igitur hae admittitur forma et
 materia, materia quidem sunt homines credentes
 forma autem non conjunctio cum christo, sed fides

que nos christo coniungit, sicut conjunctio animi
cum corpore non est forma hominis, sed anima
que hominem constituit. at

N. 67.

Insuper 2do. actus fidei sunt à potiori actus mentis
ut oratio, spes, charitas, atque actus mentis sunt
invisibiles: ergo etiam fides.

R. nego suppositum quod actus fidei sint ipse fides.
an actus hominis sunt ipse homo? effectus sunt non
ipse homo. fides est affectus rei revelatae, an ergo
oratio, spes, charitas sunt affectus rei revelatae?
potest homo in-vel externe agere, an propterea
non manet homo visibilis? sic etiam fides. et
posito, quod fides in uno homine se nullo quere
externo se proutat, an propterea Ecclesia est in-
visibilis? an Ecclesia in uno homine consistit?
ubi statit iste articulus fidei communio sanctorum
optime auctoritas citatus auctor, quia communio
sanctorum non consistit in externa sed interna
comunione fidei, in vinculo pacis, in unitate
spiritus, et intima conjunctione cum christo seu
capite, quod omnia non oculo corporali, sed soli
oculo mentis pervia sunt.

N. 68.

Sed quid et ego, si Ecclesia tantum in interna
comunione fidei consistit, quomodo quis scire potest
quid et quomodo alij credant, an eandem cum ipso
fidem, profiteantur, nisi ei aliunde reveletur?

quoniam poterit cum aliis in vinculo pacis et unitate
spiritus vivere, si eos non reficit, aut quomodo
cum membrum Ecclesie cum Christo coniungi poterit
si reficit, cuius corporis membrum sit? inquirat
antea, aut hic auctor, ubi et que vera sit Ecclesia,
sed quomodo inquirere poterit, si Ecclesia est in-
visibilis?

Longe aliter loquitur Christus de sua Ecclesia.
Math. 18. 15. ait: "si peccaverit in te frater tuus,
vade et corripue eum inter te et ipsum solum --
si te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel
duos -- quod si non audierit eos, dic Ecclesie pro
ergo Ecclesia debet audire et videri, alias nemo
posset quemdam quid illam accusare. aut putant
hi scire, Christum suam Ecclesiam tantum in
phantastico spiritu fundasse? non ait illam
Math. 16. 18. et super hanc petram edificabo Ecclesiam
meam. -- Nemo negabit apostolos fuisse vera
membra Ecclesie, nunc ait Christus Math. 5. 14. ad
illos: "vos estis lux mundi. non potest civitas
abscondi supra montem posita. neque accendunt
lucernam et ponunt eam sub modio, sed super
candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.
sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant
opera vestra bona, et glorificent patrem vestrum
qui in caelis est." --

Item S. Paulus omnes suas Epistolas ad privatas
Eclesias scripsit et direxit, quomodo autem hoc fieri
potuerit, si ista Ecclesia fuerit invisibilis? aut
fuerunt tantum membra materialia? qui hoc
credet, cum illas 1. cor. 1. 2. vocet sanctificatas
in Christo Jesu, vocatas et sanctas et in fide firmas
sed

n. 69

Instat cum Delaigianis 3to. apostolus ait Gal. 5.
25. Christus dilexit Ecclesiam et se ipsum tradidit
pro ea, ut eam sanctificaret mundans lavans
in verbo vite, ut exhiberet ipse sibi glori-
osam Ecclesiam, non habentem maculam aut
rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta
et immaculata. si ergo Ecclesia Christi est sine
macula, sancta et immaculata, ergo etiam sic esse
debet illius membra. jam in Ecclesia visibili sunt
multi peccatores, et solum iusti et electi sunt sine
macula, ergo hi solum sunt membra Ecclesie. si autem
sunt invisibiles, et solum deo cogniti: ergo etiam
Ecclesia debet esse invisibilis.

Sed errat vel nonime hic auctor nesciens scriptu-
ram. una quidem est Ecclesia Christi, per quam omnes
homines vocantur ad gloriam, cuius tamen una
pars adhuc est ⁱⁿ via, altera jam in patria. prior vo-
catur Ecclesia militans altera triumphans. omnis
qui crediderit et baptizatus fuerit est membrum
huius Ecclesie, sed non omnes jam a speculi sunt

mentum fidei seu gloriam eternam. Ecclesia militans
adhuc cum timore et tremore salutem suam operari
debet, triumphans jam est certa de sua gloria.

quod in Ecclesia militante inveniatur boni et mali
estatum ipsius Christi est, qui Math. 13. 24. ait: „simile
factum est regnum caelorum hominis, qui seminavit
bonum semen in agro suo -- cum autem scivisset
herba hinc apparerent et Zizania.“ et v. 47. „labor

simile est regnum caelorum faciens missis in mare,
et ex omni genere piscium bonorum et malorum
congregantibus et S. Joannes 1. ep. 1. 8. ait: „si dixerimus
quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus
et veritas in nobis non est.“ propterea tamen non
est ad esse Ecclesia Christi, quia quamdiu manet
fides in credente, manet etiam membrum Ecclesiae.

locum quo sequitur, apostolum cit. loco non fuisse
locutum de Ecclesia militante, sed triumphante
in qua nulla amplius est macula. unde et S.
Augustinus l. 2. retract. c. 18. ait: „ubique autem
in his libris commemoravi, Ecclesiam non habentem
maculam et rugam, non sic accipiendum est,

quasi jam sit, ad quod reparatus vel sit, quando
apparbit etiam gloriosa.“ Nec hoc Ecclesia
tota jam Christo est intime conjuncta, sed hoc
satis, cum Christus tradiderit regnum deo et
sibi, cum evacuaverit omnem principatum
et potestatem et virtutem, et omnes inimicos

g1. cor. 15. 24.

populid sub pedibus suis, quorum novissima mors
destruetur.

Certum est igitur Eclesiam esse visibilem, alias
Paulus ad. 20. 28. frustra admoneret Thesofor di.
cens: attendite vobis et universo gregi, in quo
vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ec-
clesiam Dei, quam acquisivistis sanguine suo.
sed oritur nunc

N. 70.

Quaestio prima an peccatores credentes, et hereti-
ci, et poe inimici Christi, etiam sint membra Ecclesiae
A. S. apostolus Paulus ait galat. 3. 26. omnes
enim filij Dei estis, per fidem, qui est in Christo
Iesu: quicunque enim in Christo Iesu baptizati
estis, Christum induistis. ergo omnes credentes
baptizati sunt filij Dei et membra Christi, conse-
quentes etiam ipsius Ecclesiae. nec refert, quod pec-
catores credentes sint inimici Dei, quandiu in pec-
cato manent, manent tamen membra Ecclesiae, quon-
dum fides in eis manet, quia Ecclesia militans in
se continet bonos et malos, ut supra ostensum.
sed si in peccatis perseverant, et moriuntur, non
sunt secundum promissionem heredes, quia ut
etiam hereditatem accipiant, oportet etiam pro-
cepta servare, ut Christus Math. 19. 17. ait: nisi
vis ad vitam ingredi, serva mandata. nam
aliud est ad hereditatem vocari, quod fit per in-
gressum in Ecclesiam, aliud hereditatem accipere

h. galat. 3. 29.

quod fit per observationem mandatorum. hoc
hereditas non est Ecclesia, sed gloria dei Ecclesia
tantum promissa, quae promissio primum impletur
per observationem mandatorum.

Quod haereticos fecerat, sunt et ipsi quidem membra
Ecclesiae per fidem et baptismum, si tamen in fide
vera permanserint. nunc autem ad S. Paulus
coloss. i. 22. ita reconciliavit in corpore carnis eius
per mortem exhibere vos sanctos et immaculatos
et irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanseritis
in fide fundati et stabiles et immobiles a spe
Evangelij, quod audistis, quod predicatum est
in universa creatura, quod sub celo est. nam qui
recedit et non permanet in doctrina christi, Deum
non habet. si autem Deum non habet, non est memb-
rum Ecclesiae. hoc omnia Christus ipse docuit mat-
th. 16. ubi ait. qui crediderit et baptizatus fuerit
salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.
adeoq. non solum Baptismus sed etiam fides requiritur
ut quis sit membrum Ecclesiae. quod autem
vera fides sit, inferius explicabitur.

N. 71.

i. 2. Joan. 9.

Quaestio 2da an haec Ecclesia christi sit una?
R. sola resolutio huius quaestionis confirmat
omnia quae hucusq. dixi. dico ergo, quod Ecclesia
christi sit tantum una et in se indivisibilis. nam
jmo. Christus tantum unam Ecclesiam fundavit
quae est corpus suum: nemo autem diversa corpora
habere potest, quia nesciret cuius corporis equalis esset.

N. 72.

proferunt cum unius cuiusque corporis sint diversi ad
 sibi invicem contrariales: cum igitur christus sit
 caput et rector huius corporis sibi nec ipsi contra
 dicat. diversas doctrinas docendo et approbando, quin
 dicere sine blasphemia nemo audeat.

2do apostolus 1. Cor. 12. 13. ait: "unus dominus, una
 fides, unum baptisma: si ergo unus dominus
 una fides et unum baptisma, et hoc tria totum
 corpus constituunt, ergo etiam debet esse unum
 corpus et unus spiritus."

3tio idem apostolus ait galat. 1. 8. "luctuosum
 est autem angelus de celo evangelizet vobis, postquam
 quam quod evangelizavimus vobis, anathema
 est. Ergo et doctrina debet esse eadem, nam si
 quis aliter docet, ait idem apostolus 1. Tim. 6. 3. "vel
 non acquiescat satis sermonibus Domini nostri Iesu
 christi, et eius, quod secundum pietatem est, doctrina
 superbus est, nihil sciens -- et veritate privatus est."

4to si doctrina est eadem, debet etiam una
 si doctrina est una, erit etiam una fides, quia
 fides est ex auditu. si autem fides est una, erit
 etiam una Ecclesia, quia fides Ecclesiam constituunt.

Imo hoc fides sic debet esse una et pura, ut qui
 unum primum non credit, iam non sit membrum
 Ecclesie. Exemplum habemus Joan. 6. ubi christus
 dixit, carnem suam vere esse cibum, et sanguinem
 eius potum, quod quidam ex discipulis credere
 aduersunt, et propterea multi ex illis abierunt.

retro et jam non cum illo ambulabant, unde et
 ipse Christus dixit: *¶* fuit quidam ex vobis, qui non
 credunt. *¶* sic et S. Joannes ait i. 8. 2. 19. ex vobis
 prodierunt, sed non erant ex vobis, nam si
 fuissent ex vobis, mansissent utique nobiscum,
 sed ut manifesti sint, quoniam non fuerunt omnes
 ex vobis. *¶* si ergo non amplius erant discipuli
 Domini, non amplius erant membra eius et Ecclesie.
 sic etiam docet S. Paulus i. Tim. i. 19. ubi ait:
 habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam
 praecedentes circa fidem naufragaverunt, ex quibus
 est Hymeneus et alexander. *¶* qui i. Tim. 2. 18. na
 veritate exciderunt, dicentes, resurrectionem esse
 iam factam. *¶* quos tradidi Satanae, ut discant non
 blasphemare.

Res certa est, quod fuit qui totam legem servaverit. *¶* K Jacob. 2. 10.
 offendat autem in uno, factus est omnium reus, qui
 enim dixit, non machaberis, dixit et, non occides,
 quod si non machaberis, occides autem, factus sis
 transgressor legis, ita etiam qui unicum articulum
 fidei non credit, naufragat circa fidem, et est
 extra Ecclesiam. Ecclesia enim est illa vestis christi. *¶* e Joan. 19. 23.
 inconfutibilis desuper contexta per Iohannem, ut etiam
 gentes non audent illam dividere. unde
 et Christus ait Luc. 11. 23. *¶* qui non est mecum, contra
 me est, et qui non colligit mecum, dispergit. *¶* quare
 et Apostolus fuit Math. 28. 20. precepit, ut doceant
 populos. *¶* servare omnia, quaecumque precepi vobis.

Si ergo res sic se habet, quomodo stabunt haeretici
nostri cum suis Ecclesiis particularibus? optime
dicunt Jo. qui crediderit et baptizatus fuerit est
membrum Ecclesie: at qui omnes credunt et baptizati
sunt, ergo omnes sunt membra Ecclesie, licet in
uno aut altero articulo differant.

Sed distinguo ego: qui crediderit omnia, quae
Christus et apostoli docuerunt et baptizatus est
est membrum Ecclesie. Concedo: qui falsam fidem
habet et tantum credit, quod ei placet, nego.
quod autem omnes haeretici falsam fidem aut
falsam non integram habeant, est sole clarus,
quia potiores articulos non credunt, et semper
inter se discipulant, quorum fides sit vera, cum
tamen nullorum sit vera, quia fides est una et
dividi non potest, potest illorum fides non esse
fides Christi sed illorum dubiorum doctrina, quae
doctrina Christi à diametro est opposita. Deum
non sufficit vocari in Christum credere, sed etiam
necesse est, ut quis Christo credat in omnibus, quae
docuit. " multi Hierosolymis crediderunt in nomine
Christi, videntes signa eius, quae faciebat, Ihesus
autem Iesus non credebatur semetipsum eis, eo
quod ipse nosset omnes " quomodo credant, qui
non est mecum! ait iterum Ihesus Luc. II. 23. / Contra
" me est, et qui non colligit mecum, dispergit. " Cum

n. Joan. 2. 22.

igitur si falsi credentes non sint uni cum doctrina
christi, non etiam sunt uni cum christo, ergo neque
membra eius, et

Dicunt 2do. Infantes baptizati sunt membra
Ecclesie, ergo omnes baptizati, quicumque illi fu-
erint etiam sunt membra illius.

Sed sciendum, quod in infantibus non requiratur
fides actualis, quia credere non possunt, sed sufficit
eis fides in baptismo infusa, et a Calvinis contra *Tord. de justif.*
nomine confesa: aliud dicendum de adultis, de *cap. 7.*
eis dicitur act. 8. 37. si credis ex toto corde, et
est baptizatus: nam et infantes, si in adulta etate
a vera fide deficiunt, non amplius sunt membra
Ecclesie. Sed

Dicunt 3tio. vel per baptismum remittuntur peccata
vel non? si remittuntur, ergo baptizati sunt in
vera Ecclesia, quia Spiritus sanctus nullibi nisi in
Ecclesia peccata remittit. si non remittuntur, quare
ergo catholici baptizatos ab hereticis non iterum
rebaptizant, nomine sic ipsi confitentur, heretici
esse vera membra Ecclesie, et sic constituant
particularem Ecclesiam?

Ad clariorem intelligentiam huius objectionis,
distinguerendum est inter baptizatos et baptizantes,
quos heretici inter se confundunt. quoad baptizatos infantes
certum est, illis per baptismum peccatum originale
per baptismum remitti, a quocumque baptizentur, et

N. 74.

N. 75

hoc ex speciali gratia Dei, ut, siint sine propria
 culpa peccatum originale contraxerunt, etiam sine
 proprio actu ab illo, per baptismum liberentur, et sic
 sunt vera membra Ecclesie, quia baptismus est sacra-
 mentum Ecclesie. quoad adulectos si cum vera fide
 baptizantur, eis quoque remittuntur peccata, et sunt
 vera membra Ecclesie. si autem cum ficta fide bap-
 tizantur, sic illis non proderit, nam etiam
 Simon act. 8. 13. credidit et baptizatus est, sed 5. Act.
 13. v. 21. statim dixit: non est tibi pars neque sortis
 in sermone isto, cor enim tuum non est rectum
 coram Deo. penitentiam itaque age de hoc ne-
 quitia tua, et roga Deum, si forte remittatur
 tibi hoc cogitatio cordis tui, in felle enim amari-
 tudinis et obligatione iniquitatis, video te esse
 ais: ergo vultis baptizatus iterum rebaptizari
 debet, ut illi peccata remittantur?
 R. baptismus rite celebratus iterari non potest, sed
 tantum peccata non remittuntur, quia penitentia
 peccata remittit, et peccata remittit.
 Sed quid? si quis v.g. in fide Lutherana instructus
 et sic baptizatur, quia putat se habere veram
 fidem, an nec huic peccata remittantur?
 R. quia aliter non se docet ex parte baptizati sed pro-
 ceptorum suorum, et ipse sic paratus est, ut veram
 christi fidem amplecteretur, si illam nosset, merito
 dicendum, iam fuisse peccata remissa, et membrum

q quia baptismus
 est sacramentum
 fidei, quam non habet.

Ecclesia
 fidei
 Luth
 ecclesia
 omnia
 hinc
 baptiz
 pecc
 Eccle
 cath
 vera
 ad
 bapt
 pecc
 quid
 mem
 ad
 non
 Lu
 Eccle
 ad
 non
 mem
 mem
 cath

Ecclesia esse, errore autem detecto, tenetur veram
 fidem inquirere et amplecti, si cupit salvus esse.
 Quod baptizantes spectat, cum baptismus in ne-
 cessitate ab unoquoque homine sive sit membrum
 Ecclesie sive non, conferri possit, modo adhibeat
 omnia, quae ad hoc sacramentum requiruntur,
 hi nihil ad remissionem peccatorum conferunt,
 nisi ministerium, quia ipse baptismus remittit
 peccata. et quia ipse baptismus est sacramentum
 Ecclesie, Spiritus Sanctus in Ecclesia remittit pec-
 cata. ex hoc tamen non sequitur, quod nos prop-
 terea haereticos membra Ecclesie agnoscamus,
 aut baptismum eorum non reiteremus, nam quia
 baptismus etiam a non membro Ecclesie conferri
 potest, propheta non fuerit membra Ecclesie. et
 quia credimus, quod omnia requisita ad bap-
 tismum adhibeant, cum et ipse hoc sacramentum
 ad salutem necessarium credant, ideo a nobis
 non reiteratur, quia verum baptismum credimus.

Quaestio quia. Ex quibus membris consistat
 Ecclesia?

Res. Ecclesia est corpus christi. sicut autem in uno
 corpore multa membra habemus, omnia autem
 membra non eundem artum habent, ita multi
 unum corpus sumus in christo, singuli autem alter
 alterius membra: etiam in uno spiritu omnes nos

N. 76.

o Rom. 12. 4.

1. cor. 12. 13.

in unum corpus baptizati sumus sive iudei,
sive gentiles, sive serui sive liberi, et omnes in uno
sive potati sumus.

Sicut autem deus in unoquoque corpore multa
membra nobilia et ignobilia posuit, utrumquodque
aeris feruiat ad utilitatem et conseruationem cor-
poris, sic deus quoque posuit in Ecclesia primum
apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde
virtutes, exinde gratias curacionum, quibuscum-
que rationes, gubernationes, genera linguarum, inter-
pretationes sermonum, et alios autem Pastores et
doctores, ad confirmationem sanctorum in opus
ministrari, et ad quicquid in seipsum in seipsum
in edificationem corporis christi, donec occur-
amus omnes in unitatem fidei, et agnitionis
filij dei in vitam perfectam, in mensuram plenitudinis
christi.

Nunc quero ex vobis vos libertini? Nunquid
quid vos omnes apostoli? nunquid omnes pro-
phetae? nunquid omnes doctores? nunquid omnes
virtutes? nunquid omnes gratiam habent cur-
acionum? nunquid omnes linguis loquuntur?
nunquid omnes interpresantur? monstrate
michi unum ex his in vestra Ecclesia. Verum
est, vos habetis predicatores verbi, sed cuius? an
christi, an magistrorum vestrorum? primum
non, quia doctrina vestra non concordat cum
Evangelio christi, ut inferius demonstrabitur.

1. Cor. 12. 28.

1. Cor. 4. 11.

N. 77.
1. Cor. 12. 29.

quod ad. 2dum vos met ipsos proditis, dum publice
 vos appellatis Lutheranos, Calvinistas, Zwinglianos
 ad quid ista nomina cum christo math. 23. 10. dicitur.
 «malte vocemini magistri, quia magister vester unus
 est christus?» et paulus 1. cor. 1. 12. Catinthus pro
 hibuit se a suis magistris nominare, dicendo: «ego
 sum pauli, ego autem apollo, ego vero cyprius,
 nunquid diversus est christus?» non unus dominus
 una fides, unum baptisma. an ergo diversitas
 hoc non clare demonstrat, quod tales sectarii
 non sint christiani? quid ergo? s. apostolus paulus
 2. cor. 11. 13. eos sic describit: «eius modi pseudo-
 apostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes
 se in apostolos christi, et non mirum: ipse enim
 satanas transfiguratus se in angelum lucis. non
 est ergo magnum, s. ministri eius transfigur-
 entur velut ministri iustitie, quorum finis est
 secundum opera ipsorum.»

omitto hic prophetas, virtutes, curaciones et
 linguas, quos quia nullos habent, dicunt, in ecclesia
 non amplius necessarios, tamen se habere doctores,
 et interpretes s. scripturae. sic ipse lutherus se glori-
 abatur Tom. V. Jen. fol. 152. b. fol. 153. a. fol. 155. a.
 dicens: «wir wollen nicht den papstten pfaffen noch
 jingern, sondern ihu noth und ruhter sein. wollen
 auß uns selbst, saltzmann und gorsen sein, und
 selbs saggen, und wir lauden dard, hinc tolle fides,
 usq. resurra, so erit in unum dnm, in dno ihu christo»

nre vifum. fir vifum doctores? uf auf. fir vifum
 grefus? uf auf. fir vifum pndigt? uf auf. fir vifum
 theolog. uf auf. -- fir vifum dicit? uf auf.
 und vord dicit vifum. uf Rau pfalmen und
 poffen aus Egen; dab Rönne, fir ut. uf Rau
 Salmothen; dab Rönne fir vif. uf Rau d. fey
 vif. Egen; dab Rönne, fir vif. et cum id
 objectum fupel, quod textus S. Pauli Rom. 3. 28.
 verbum sola fidei adiecit, dixit l. c. difp. p. 1.
 fuis. vnam nam p. p. vif. vif. vif. vif. vif.
 vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif.
 Doctor Martinus Luther vif. vif. vif. vif. vif.
 vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif.
 fic p. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif.

Jam certum est, quod haec doctrina quam inter-
 pretatio S. Scripturae sunt dona dei. & diuifiones grati-
 arum sunt: ait apostolus i. cor. 12. 4. idem autem
 spiritus. et diuifiones ministracionum sunt eadem
 autem Dominus. -- hoc autem omnia operatur unus
 atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult
 Jam unde habet Lutherus suam doctrinam et
 interpretationem S. Scripturae? a spiritu sancto? sic
 ipse Lutherus l. c. falletur dum ait: dab. vif. vif.
 Doctor Luther vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif.
 vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif.
 Lectatores, et vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif.
 gradum vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif. vif.

lingit factos qd pogn factu. sed cum venia: hoc idem
dicunt colari heretici, qui tamen Luthero in doctrina
non consentiunt, quis verum habet? omne veritatem
colari non sunt, quia veritas est una, et non patitur
falsitatem. nec omnes ex instinctu spiritus sancti
locuti sunt, quia Deus non est Deus dispensationis
sed pacis, et ipse vel nisi vel alibi nescitur,
si diversa illis ingereret, quod diu non potest.

1 Cor 14-33.

Certum est, S. Paulum Evangelium principis
revelationis, de se autem sic loquitur Rom. 15:
18. non tamen audeo aliquid loqui eorum, quo
per me non efficit christus in obedientiam gentium
verba et facta, sed in virtute signorum et prodigiorum
in virtute spiritus sancti: ita ut ab Ierusalem per
circumitum usq ad Ilicium repleverim Evangelium
christi. ubi Lutherus, Calvinus et colari horato-
res suam revelationem usquam aliquo signo
demonstrant? Lutherus se ipsum vocat per verba:
sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas,
quod scripturam sacram tantum ex proprio cerebro
iuxta singularitatem suam explicavit, quod ex hoc
illeus patet: S. Paulus dicit colop. 2. 18. non
vos sed uos. -- que sunt rationem quidem ha-
bentia scientis in superstitione et humilitate
et non ad parcendum corpori, non in honore
aliqua ad futuritatem carnis, quod ultima
verba Lutherus in h. l. sic explicat: Gott will den
Eid quod factu habet, das ist, in hoc sum, factu, et
factu qui notum est factu, und nicht und im

brägligen fystem, arbit, oder unmögliches
 Krißfud dardirbel werden, wie du magst es
 thun. effae hoc vera interpretatio S. Scripturae?
 aliter loquitur Christus in Evangelio, in quo
 non tantum jejunium sed etiam castitatem
 et, et uno verbo castigationem corporis deman-
 davit Luc. 9. 23. dicit: " si quis vult post me venire
 " abneget semetipsum, et tollat crucem suam quae
 " et sequatur me, qui animam voluerit animam suam
 salvam facere, perdet eam." aliter etiam docet
 S. Paulus Galat. 5. 24. ubi ait: " qui autem Christi
 " sunt, carnem suam concupiscunt cum vitis et
 " concupiscentiis." et tales falsas interpretationes
 in abundantia adhuc profere possunt.
 Jam sic dicit: Deus verax et immutabilis in ver-
 bis loquitur in S. Scripturis: Sertarij aliter docent
 in suis scripturis quam Deus, cui ergo credendum?
 qui Deo non credit, jam judicatus est. an ergo his
 pseudo-dotoribus, ubi Deus aliter docet, credam
 ut animam meam perdam? an his pseudo-dotoribus
 fortassis non sent de numero eorum, de quibus S.
 Petrus 2. Pet. 2. 10. ait: " qui post carnem in concupiscentia
 " invidiis ambulans, dominationem
 " contemunt, audaces, sibi placentes, sectas non
 " metuent introduce blasphemantes?" sane qui
 modum vivendi, et doctrinam eorum considerat,
 aliter judicare non potest. sed
 Exclufant eos Sertarij illorum dicendo: quod negat

Lutherus, neq; ali; novum Evangelium invenerint
 sed tantum verbum gratis in lucem protulerint.

at quid intelligitis per verbum gratis, aut scriptu-
 ram facram, aut interpretationem eius? non primum
 quia scriptura facra nunquam neq; perditam, neq;
 in argulis occultata fuit, ut solus mundus lesitaret.
 si autem secundum se ipsos produunt, se non verbum
 gratis, quod idem semper mansit et manet, sed errores
 antiquorum hereticorum per veram doctrinam semper
 in argulos rejectos, de novo in lucem traxerunt ad
 suam confusionem et aliorum perditionem, nam
 si eorum interpretatio vera esset, deberet esse conformis
 doctrinae Christi et Apostolorum, sed quia illi e diametro
 contraria est, sequitur esse falsam.

aliter longe dicendum de Ecclesia catholica, quae
 prae se veros apostolos, doctores et interpretes à tempore
 apostolorum usq; in hodiernum in eadem doctrina et
 doctrina Christi et Apostolorum semper per mansit, neq;
 prae se diversos predicatores se ipsam diversis, et secun-
 dum eorum nomina aliter appellavit, quam Christi
 Ecclesiam, qui solus est caput eius, et ipsa unicum
 corpus eius; unde malitiose Lutherus eam papisticam
 appellat, eo quod doctrinae ipsius adhaerentiam nullus
 contra adhuc aliter docuit, quam Christus docuit, et si
 aliter doceret, esset hereticus sicut alii novidocores,
 et si aliquid ad credendum proponeret, certe nemo
 Christianus ei assentiret, hinc hoc nomen tantum ad-
 inventum, ut suis sectatorib; Ecclesiam particularem con-
 staueret.

N. 78.

78.
N. 79.

§. 2^{us}

~~De offi. p. 1.~~ Quod prerogativa christus Ecclesia
sua concessit?

Sp. Quod prerogativa Ecclesia in lege naturali habuit
ignotum est, quia Moyses nihil de iis nobis in scriptis
reliquit. quodam autem illam habuisse non est
dubium, quia hoc ad regimen Ecclesia sume ne-
cessaria sunt.

De Sapientia certum loqui possumus, nam
Jo. ait Moyses deut. 7. 6. quod Deus populum Israel
in specialem populum sibi elegerit. "populus es
sanctus dominus deo tuo. Te elegit dominus deus
tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis po-
pulis, qui sunt super terram."

2^{da} credita sunt ibi eloquia dei. "Solite librum
istum: ait Moyses deut. 29. 26. et ponite eum in
latere arce faderis domini dei vestri, ut sit tibi
contra te in testimonium."

3^{io} dedit ei precepta et leges, quas si conservent,
etiam illam conservatura sunt. deut. 20. 16.

4^{to} precepit ei quoque cultum, quo coli desiderat,
ut solus ceteris Leviticis cessatur.

5^{to} dedit ei quoque potestatem iudicandi de omnibus
rebus. "si difficile est ambiguum quod te iudicium
tepe proferetis inter sanguinem et sanguinem,
causam et causam, lepraem et lepraem et iudicium
intra portas tuas videris verba variari, surge et
ascende ad locum, quem elegerit dominus deus tuus,
veniesque ad sacerdotes levitici generis, et ad iudicem
qui fuerit illo tempore, quidresque ab eis, qui iudi-
cabunt tibi iudicij veritatem, et facies quodcumque

a Rom. 9. 2.

dixerunt, qui profunt loco, quem elegerit dominus
et docuerunt se juxta legem eius, sequentisque sen-
tentiam eorum. nec declinabis ad dexteram neque
ad sinistram. qui autem superbia, volens obtinere
Saudolis imperio, qui eo tempore ministrabat domino
deus suo, et decreto judicis, martirio homo ille, et
aufert malum de Israel. et alia plura, quae hic
apponebat super sedem

Multo autem majora privilegia concessit christus
Eclesie suae. amplius enim gloria ipse, ut Moyses
dignus est habitus, quanto amplius honorem
habet domus, quae fabricavit eam. -- Moyses quidem
fidelis erat in domo eius tanquam famulus,
vero tanquam filius in domo sua, quae domus sumus
nos, s. fiduciam et gloriam sui usque ad finem
firmam retineamus. //

b Lev. 3. 3.

Dein christus non tantum venit, ut vitam habeamus,
sed ut abundantius habeamus, ergo Ecclesia sua etiam
majores gratias tribuere debuit, sicut ante sequentes.
1o Ecclesia est istud regnum, propter quod christus, ut
augetur, de caelo descendit, pro quo et animam suam
posuit, et pretio magno nempe suo sanguine redemit
et erit, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam
non habentem maculam aut rugam, aut aliquid
huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata, hoc est
enim voluntas Dei, sanctificationis illius. //

c Joann. 10. 10.

d Luc. 19. 12.

e Ephes. 5. 27.

f i. Thes. 4. 3.

2do propterea sicut Deus naturae humanae in omnibus
pro sua conservatione providit, ita et christus, ut in

nullo deficiat, sacramentis et donis spiritualibus
 prouidit. Baptismum inquit, quo regeneramur in
 filios dei et renasimur. Confirmationem, quâ ad
 perfectum statum et robur spirituale uita christiana
 perducimur. Eucharistiam, in qua tanquam per
 cibum et potum in uita spirituali alimur et susten-
 damur. penitentiam qua quasi medicina à nobis
 peccatorum pristina ualeudini restitumur. Ex-
 tremam unctionem, quâ reliquias infirmitatis
 peniti assurguntur, et anima in uelima infi-
 rmitate confortatur. Ordinem per quem homines
 ad regendam Ecclesiam constituuntur. denique ma-
 trimonium, quo naturali defectui mortalitatis
 subuenitur, ut filiam propagationis carnalis in
 Ecclesia, sed sanctificata, deoq; dicata.

3to. Dedit ei certas leges et precepta, quarum
 obseruatione salutem eternam promereri potest.

4to. Insuper eam, quomodo Deum colere debeat.

5to. reliquit Ecclesie suæ omnem potestatem, cum
 qua et ipse misus esset. *„Sicut misit me Pater, et ego
 „mitto uos. quorum remiseritis peccata, remittentur
 „eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.“* quo-
 „cunq; alligaueritis super terram, erunt ligata et
 „in celo: et quocunq; solueritis super terram, erunt
 „soluta et in celo.“ Dedit ei uirtutem et potestatem
 „super omnia domus et uel languores curaret.

3 Joan. 20. 21.

h. Math. 18. 18.

i. Luc. 9. 1.

K aperuit illi quoque sensum, ut intelligeret scripturas.
 et dedit ei eandem claritatem, quam ipse habuit, ut
 sint unum, sicut et nos unum sumus. Denique eidem
 omnem suam auctoritatem et infalibilitatem tribuit
 "qui vos audit me audit, et qui vos spernit me spernit,
 qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me" et
 "si Eusebium non audierit, sit tibi sicut Ethicus et
 publicanus." atque ne unquam erret in verbis fidei,
 ait: "et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque
 ad consummationem seculi." et ego rogabo Patrem,
 et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum
 in eternum. "non enim vos estis, qui loquimini, sed
 spiritus veritatis vestri, qui loquitur in vobis."
 Et denique membra huius Ecclesie non amplius sunt
 hospites et adventi, sed cives, sanctorum et domesticus
 Dei, superedificati super fundamentum apostolorum
 et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu
 in quo omnis edificatio constructa crescit in templum
 sanctum in domino, in quo et vos coedificamini in
 habitaculum dei in spiritu. videte ergo qualem
 claritatem dedit nobis Pater, ut filij dei nominemur
 et sumus.

An Christus amplius privilegia sua Ecclesie
 daret potius, quam dedit? an talia inveniantur
 in Ecclesia hereticorum? hoc privilegia omnia
 ab ipsa sacra scriptura Ecclesie Christi confirmantur, nihilominus ab
 hereticis illi de-
 negantur, et pro

K Luc. 24. 45.
 E Joan. 17. 22.
 M Luc. 10. 16.
 N Math. 18. 17.
 O Math. 28. 20.
 P Joan. 14. 16.
 Q Math. 10. 20.
 R Epist. 2. 19.
 S Joan. 3. 1.

more nulli labori parant, et omnem operam impendant
dum Josephum ipsum ^{et ibi} pervertit, et in Galen ipsum
detorqueat, ut sibi ipse non amplius similis sit, videtur
nunc an ~~hanc~~ ^{hanc} hoc faciant, et argumenta eorum
penitus perferemus.

N. 80.

7 Sept. 2. 19.

Immo non negant, quod iste homo nobilis sit christus
qui in hoc mundo sibi regnum seu Ecclesiam ac-
quisivit. verum an non sunt ex illis, qui dixerunt,
"nolumus hunc regnare super nos," quavis est nobis
etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alii, viti-
osus, et imutabilis videtur eius, nam si christum
super se regnare palerent, quare ex ipso regno et
Ecclesia exierunt, et adhererent falsis predicantibus
qui carnale Evangelium sensibus, et formis commodis
ciderunt? quare se non simpliciter christianos no-
minant ut nos catholici, sed christianos et Evangelicos
Lutheranos, calvinistas, &c. an per hoc non saltem
se non christi, sed Sectariorum Evangelis obedire, et
illorum doctrinam sequi, illosque suos Legis latores esse,
nam si illos tantum ut predicatores Evangelij con-
siderarent, nomen ab ipsis sibi non appropriarent,
Petrus predicavit Evangelium, Paulus predicavit
Evangelium, sed nos non appellamus Petros,
aut Paulinos, quia isti non sunt Legis latores, sed
tantum ministri sermonis, unus autem Legislator
christus. nec isti in doctrina differunt, sed unus
et idem Evangelium predicaverunt, ^{et} manet unus.

Legis
Sectariorum
nihil
legis
quam
est ac
ad que
homo
"dico
"cum
"fieri
"quod
quibus
autem
"non
"omn
"ci q
"ma
"habe
"sunt
"mit
"die
"ne
"h
"pre
"e
"p

Legislator, à quo nos nominamus. cum igitur hi
 Sectarij in doctrina sint diverſi, et à doctrina Chriſti
 multum averſi, ſequitur, quod eos tanquam ſuos
 legiſcatores agnoſcant, quia magis doctrinam illorum
 quam doctrinam Chriſti credunt. an ergo hoc non videtur
 eſſe ac dicere: nolumus hunc regnare ſuper nos,
 al quem fructum ex hac fide habebunt ſicut ipſe
 homo auſtore regno omnes judicabit, & audit.
 Dico autem vobis -- iudicor meos illos, qui noli-
 erunt me regnare ſuper ſe, adducite huc, et inter-
 ficite ante me. // quoad

2^{da} nos catholici tot Sacramenta agnoſcimus,
 quod in ſacra ſcriptura ſigna viſibilia invenimus,
 quibus Chriſtus ſuam gratiam adiecit, ſpiciamus
 autem in illa ſeptem talia ſigna, nempe Baptiſmum
 // niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto,
 non poteſt introire in regnum Dei. // Confirmationem
 // Hinc imponebant manus ſuper illos, et ac-
 cipiebant ſpiritu ſanctum. // Eucharistiā // qui
 manducal meam carnem, et bibit meum ſanguinem
 habet vitam eternam. // Extremam unctionem
 // penitentiam // quorum remiſeritis peccata, re-
 mittentur eis. // Extremam unctionem // ungebat
 oleo multos egros, et ſanabant. // ordinem // noli
 negligere gratiam, quod in te eſt, quod data eſt
 tibi per prophetiam cum impositione manuum
presbyterij. // et Extremam Matrimonium.
 // Salvabitur autem per filiorum generationem
 // per remanentem in fide //

N. 81.

u Joan. 3. 5.

x act. 8. 17.

y Joan. 6. 55.

2 Joan. 20. 23.

aa Marc. 6. 13.

bb 1. Tim. 4. 14.

cc 1. Tim. 2. 15.

Ex his nostri heretici tantum duo agrosunt, nimirum
 Bapthismum et Eucharistiam, sed quare non et
 alia? cum tamen scriptura testetur, quod totum
 cetera omnia ad ministrare, an cepant, aut
 christus tantum apostolis ea administrandi potestatem
 dedit, aut Ecclesia catholica erroris, dum
 ab Apostolorum tempore illa omnia administrant,
 nil minus, sed causa est hoc, quia christus hanc
 administrationem solum apostolis commisit, ~~et~~
 ergo neque Episcopos neque Sacerdotes habent, sic ut
 illa administrare nequeant, unde quid eos per se
 cepant. Si res cum veritate consideratur, di-
 cendum est, quod omnino nullum sacramentum ha-
 beant, nam Bapthismum tantum in exitu ex Ecclesia
 secum abstrulerunt, qui et adulti nihil, potest, quia
 veram fidem non habent, ut supra ostendi, et cum Sa-
 cerdotes non habeant, qui panem et vinum consecrare
 possent, neque Eucharistiam habent, ergo nullum sacra-
 mentum.

De
 Tertio et quarto inferius specialiter agam.

Item quod plura notata digna in se continent, plura
 quoque dicenda sunt.

N. 82.

primum est, quod christus suis Ecclesie eandem potestatem
 reliquit, quam ipse habuit, patet ex hoc: nemo infirmum
 potest, quod mortuum suscitare, aliisque miracula praes-
 rare sicut apud solius potestatis divino: jam Math. 10-8
 Dixit ad apostolos suos: cunctis, autem, predicare dicentes,

quia appropinquavit regnum caelorum: infirmos cu-
 rate, mortuos suscite, leprosos mundate, demones
 ejcite, gratis accepisti, gratis dale. quod et fecerunt,
 quis ergo de hac potestate dubitabit?

2^{da}. nemo potest peccata dimittere nisi solus deus. N. 89.
 interim christus et hanc potestatem discipulis suis
 dedit: dicens: quorum remiseritis peccata remittentur
 eis. quid ad hoc haeretici? Novatiani dicebant: quod
 peccata remittere vel retinere nil aliud sit, quam
 verbum dei predicare. at quis insipiens tam inepti
 sermonem interpretatus est? an unum et idem est verbum
 dei predicare et peccata remittere? potest quis verbum
 dei predicare et credere, et tamen peccator manere,
 cuius experientia constat, ergo sunt duo diversa, quae in
 dependentes ab invicem consistere possunt, ergo inter
 verba nulla.

Subtilius ~~de hac~~ moderni
 haeretici de hac re loquuntur, ut et sacerdotes catho-
 licis hanc potestatem, quam ipsi non habent, abiciant,
 et poenitentiam ex numero sacramentorum expungant.
 hoc enim argumentantur: solus deus est peccata
 remittere vel retinere: ergo verba christi supra alata
 in alio sensu intelligenda sunt, nimirum, quod si
 peccator ex amore incusso peccatum suum agnoscat
 fidem ex evangelio conceptam accipit, et credit, christum
 istud remisurum esse, postea minister solummodo de-
 claret, peccatum nunc ei remisurum esse; nam quia
 apostoli aut sacerdotes deus non sunt, majorem potesta-
 tem christus eis tribuere non potuit.

Sed tam inepti quam Novatiani loquuntur. quia
 opera penitentibus fugiunt, omnia iuxta doctrinam
 Lutheri, soli fidei adscribunt. in tota S. Scriptura non
 aliud remedium invenimus ad delenda peccata, nisi cor
 contritum, conversionem ad Deum, et emendationem
 vite. hoc tria Deus omni tempore à peccatore ad
 remissionem peccatorum requisivit testantibus omnibus
 prophetis et Evangelio. an ergo fides est contritio,
 conversio, aut emendatio vite? fides stare potest
 cum peccato, ergo fides peccatum non remittit.

Dein Christus non dixit ad apostolos: declarate
 peccata remissa sunt, sed: quoniam vos peccata remittitis
 remittentur eis, ergo non declarationem, sed potestatem
 eis concessit peccata remittendi. propterea apostoli non
 erant Deus, quia peccata non remittebant ex propria
 potestate sed delegata, et in nomine Christi. sic S.
 Paulus dum fornicariis 2. cor. 2. 10. peccatum suum
 remisit, ipse de se fatebitur dicens: "cui aliquid donasti
 et ego, nam et ego, quod donavi, si quid donavi, propter
 vos in persona Christi." Langores sine alio remedio
 curare est virtutis Divina: apostoli hanc potestatem
 habuerunt, et exercuerunt: sed Petrus ait. g. 34. ad ananiam
 dixit: "Sanctus Dominus Jesus Christus: surge et stete
 tibi, et continuo furebit." imò Christus ipse affirma-
 vit. mat. 16. 17. se illis hanc potestatem non aliter dedisse,
 dum ait: "in nomine meo demonia eijcient, linguis
 loquentur novis, serpentes, scorpiones, super oculos manus
 imponent, et bene habebunt."

Et quis christo auferat potestatem suam visibilem aliis
 communicandi et delegandi? Hæretici, quia ipsi hanc
 potestatem non habent? Christus fecit, ut acta testantur, ergo potuit facere:
 ergo ipsorum doctrina est vera fraus, qua homines de-
 ciipiunt et in perniciem trahunt. aut divi sermonis
 me arguent? sed videte: si eorum doctrina subsisteret,
 et ministri essent tantum declaratores, quis fures et
 peccata remissa fuisse? hanc scientiam nemo habere
 potest sine revelatione: jam quis predicans potest
 me certiores reddere, quod dum hanc declarationem
 facile se ex revelatione percipere, quod deus peccata
 dimittit? nullus. ergo et eorum doctrina est fraudulenta.
 Longe melius christus providit sua Ecclesie, dum hanc
 potestatem suis sacerdotibus concessit, ut si quos dignos
 inveniant, eis peccata remittant, quos ex confessione,
 contritione et satisfactione facile dignoscere possunt
 adeo, ut si nullum requisitum desit, quilibet castus
 esse possit, se esse absolutum. et quia hoc donum hæretici
 non habent, sequitur eos non esse membra Ecclesie.

Unde quod apostoli habuerint potestatem ligandi et
 solvendi, adeoque leges condendi, sufficienter exprimitur
 per hunc textum. ut ut autem potestas in jure divino
 fundata sit, quia autem hæreticis et modernis ti-
 berinis nimis magna et intolerabilis videtur, nullis
 argutis parcent, ut eam si non omnino tollant, sal-
 tem ipsam minuant ita, ut sibi ipsi non amplius similis
 videatur. et ut facilius finem suum assequantur,
 omnem potestatem in principes seculares referunt,
 ut ipsorum libellâ errores suos impune in vulgus par-
 gere valeant. quos ut melius refutare possim, illorum

N. 84

doctrinam, in qua omnes si libertini conveniant,
hic proponere placuit.

Doctrina Libertinarum

De Juribus Principum in Ecclesia Christiana.

1^o Imperium civile nec directe nec indirecte sub-
jicitur imperio Ecclesiastico.

2^{do} civitas in ordine ad persequendum finem sibi propo-
situm est Societas ab imperio Ecclesiastico prorsus libera.

3^{to} Princeps habet jus strictum, proprium et
perfectum pro visibus suis non solum removere
omnia impedimenta religionis Christianae, sed
etiam omnia media adhibendi, quae eadem pro-
movere. En! ius Regum advocatis in Ecclesia
Christianam.

4^{to} Princeps competit jus pariter strictum, proprium
et perfectum impediendi, ne prolehu Religionis Christi-
anae detrimentum aliquod civitati quomodocumque
inferatur. En! ius Regum cavendi in Ecclesia
Christianam, cuius pars est ius placiti Regij.

5^{to} Princeps sive advocatio officia essentialia re-
ligionis legibus suis confirmat. Item accidentalia,
quandiu sunt civiliter innocua, suis legibus cavet.
Item disciplinam Ecclesiasticam vel observantiam
canonum urgendo promovet, vel resuscitatis anti-
quis canonibus aut novis legibus reformat.

6^{to} sive Regio cavendi in Ecclesia Princeps officia
accidentalia religionis, cuiuscumque generis sunt,
vel suspendit, vel prorsus abrogat, si ea civiliter

noxia profecerit; unde peregrinationes, longiores,
ceremonias aliqui sacras, nocturnos conventus in
Ecclesia, pias confraternitates, ordines quosdam re-
ligiosos abrogat: ad ordines suscipiendos vel ad
ingressum monasterii certam aetatem profigit, Requ-
eratur à rege aliorum Superiorum in foro interno
et externo absolute, calibatum clericorum ad primorum
saecularium normam rediunt, quia hoc ad familia ad-
herentiam religionis non pertinet, et quia sine illis
salus aeterna obtineri potest.

7mo. Vota solemnia sunt quaedam juri divini, sed
paucorum foecialium obligatio est etiam juri divini
et tamen à Principe hoc tolli potest, ergo etiam
illa, quia Princeps tollendo ordinem tantum nexum
foecialium dissolvit, ex qua tamen talis mutatio
sequitur, ut obligatio votorum ipso se cesset, aut
justissima ratio adsit ad dispensationem imperi-
candam, ut clericus XIV. Tollendo foecialium religionis
ab omni obligatione liberis pronuntiavit.

8vo. Princeps habet jus in personis, quod vel vota
nuncupatura vel ordines sacros suscipiendos sunt.
his igitur prohibere potest, ne id cum salute publico
detrimento faciant. Nunquid maritus uxoris alicui
filio jure vetat, ne voto se obstringat, unde dam-
num quoddam in familiam rediit?

9no. Quia Princeps habet jus in personis Ecclesiasticas,
habet etiam jus in bonis spiritualibus, et potest ea quod
publicare pro lubitu, quia sunt auctoritatum quod.

10. Princeps tenetur subditis suis concedere tolerantiam civilem cuiuscunque religionis civiliter innoxia, etiam si hoc falsa sit, quia tantum habet jus circa facta, cuius finis est felicitas externa civium, cui cum Religio quocunque civiliter innoxia non adversatur, neque potestas eam subditis prohibendi inde oriri censenda est.

11. Princeps tenetur subditis suis relinquere libertatem civilem religionis non solum veram, etiam si hoc civitati respectivè noxia videatur, sed etiam cuiuscunque falsa, si eius tolerantia civiliter vel necessaria vel utilis, vel saltem innoxia sit, dummodo factis provideatur, ne in profanum perversionis periculum subditi orthodoxi incidunt.

12. Princeps quia Princeps tenetur quidem religionem veram suam, non quatenus vera est, sed quatenus est utilis civitati. si igitur tolerantia religionis falsa civitati pariter est utilis vel saltem innoxia, non est cui Princeps hoc subditis suis prohibere tenetur.

13. Principes Religiosissimi evaserunt tolerantiam falsa religionis denegando, nisi id fecerint vel publice tranquillitatis causa, vel facto publico obstricti, se nunquam velle falsam religionem in suum territorium admittere.

14. Imperio Ecclesiastico competit quidem jus in cultum Dei externum, hoc est, jus determinandi cultum Dei

exteriorum, sed propterea ei non competit ius in temporalia ad hunc cultum necessaria, non sufficit ius determinandi usum religiosum bonorum temporalium tanquam moraliter bonum, quod determinatio pertinet ad ius circa temporalia.

15. Cum Iesu christo igitur, cum apostoli, cum SS. Patribus univ. loquimur, dum dicimus, nec Romano Pontifici, nec Episcopis seu seorsim simpliciter seu simul auctis iure divino competere ullam potestatem temporalem vel directam vel indirectam, quare tantum abest, ut concilia generalia vel Romani Pontificis Regem quempiam directe aut indirecte exautorandi ius habeant, ut ne quidem alias quascumque penas temporales delinquentibus infligere iure proprio possint.

De iure hinc inde circa decreta Ecclesiastica.

1. In decretis dogmaticis quatuor sunt consideranda: 1. dogma ipsum seu veritas divinitus revelata. 2. verba, quibus dogma exprimitur. 3. promulgatio. 4. clausula, quae nonnunquam adijciuntur.

2do ius laici Regis se extendit ad omnia decreta Ecclesiastica tam dogmatica quam disciplinaria. ius enim hoc se extendit ad omnia ea, ex quibus periculum civitati iminet. ex dictis autem patet, nullum esse decretorum Ecclesiasticorum, unde mali civilis periculum non sit dimendum. unde Ferdinandus

III. et Leopoldus prohibuerunt, ne promulgentur, antequam inspexerint, ius hoc habent infideles et

acatholicis Principes, ut fiant, qualem doctrinam
in suis Territoriis missionarij promulgent.

De Jure Principum circa personas Ecclesiasticas.

1^o. Persona Ecclesiastica sunt jure naturali subjecti
imperio civili, quia membra sunt civitatis. Item
jure Evangelico Rom. 13. omnis animas et nec verbum
inventum in novo Testamento de Exemptione habet.

2^{do}. Persona Ecclesiastica jure divino cum positivo
hum naturali subjecto sunt potestati Principum
legislatoris, inspectoris, judicioris, coactivae,
et Executoriae. Eodem jure subiacent juri
Regis Principum circa facta, quia in omnibus
Imperio civili subjecti sunt. quare Imperatores non
ex conceptione Pontificia, sed jure proprio in-
dixerunt octo prima concilia oecumenica, adeoque
eis sicut Episcopi eadem potestas competit, ita tamen
ut tam Episcopi quam Principi jus suum salvum ma-
neat, sed tantum titulus non idem est, Episcopi enim
jure spirituali, Princeps jure regio convocandi, item
de alijs concilijs dicendum.

3^{io}. Si contingit, ut Episcopi aut Episcopus alicui
civis sive in pena temporalis sive spiritualis, per mulctam
pecuniariam aut excommunicationem gravamen infli-
git, illi habeat jus appellandi ad Principem. v. g.
si avarus ob crimen beneficii privatus, tunc per
lacionem Regia potest Princeps subire, ut causa nichil
examine, et interim avarum restituere, quia

sic princeps non potestatem spirituales exercet, sed
tantum vim et turbationem auferat. et hoc jus qui-
libet princeps habet in suo territorio ut advocatus
Ecclesie.

4to. Princeps etiam habet jus se in Electionem Episcopi
intromittere, ut dignus constitutur.

5to. Princeps licite agit, si Episcopus precipit, ut
sua jura antiqua ibidem exerceant.

6to. Princeps in suo territorio potest novos Episcopatus
erigere.

7mo. Immunitas Ecclesiastica personalis dicitur ex pri-
vilegio principum dicitur, cuius Constantinus Me-
xtimus erat, quia nec ex scriptura nec aliunde pro-
bari potest.

8vo. Jure suo agit princeps, si personas Ecclesiasticas
in omnibus causis et magistratus civis tam in civilibus
quam criminalibus iudicandas et puniendas subijciat,
et etiam si quis sit ad servitia civilia compellat.

9no. Asylum non Episcopi, sed soli Princeps jure
proprio possunt concedere, jura enim majestatica
ubique ab imperio civili inseparabilia, propria
autoritate nemo nisi solus princeps exercere potest,
sed jus concedendi asylum est jus majestaticum, ergo

10. Defensionem juri principum opponere eum minus
licet, quo certius est contra jura majestatica
nullam valere defensionem, quia ab imperio
civili sunt inseparabilia, unde vera est propositio
Lutheri: si Imperator vel princeps libertatem

Datum personis vel rebus Ecclesiasticis non potest
 resisti sine impietate et sine peccato. Hanc pro-
 positionem Sorbona damnavit, sed libertini dicunt
 sicut Lutherus sic veritatem potuit dicere, ita et
 Sorbonam illam damnando errare.

De jure principum circa bona Ecclesiastica.
 1o. Bona Ecclesiastica sunt vel sacra, ut altaria
 Templas que ad cultum divinum immediate pertinent
 vel non sacra, ut agri vinee ex quibus etiam
 bona civilia proveniunt, adeoque etiam bona ci-
 vilia vitatis sunt.

2do jus natura tribuit principi facultatem bonis
 Ecclesiasticis quibuscumque non sacris tributa im-
 ponendi: imò tenetur, si bona Ecclesiastica indegravantur.

3to jus positivum divinum facultatem principibus
 non abstrahit, quia nihil reperitur scriptura.

4to Nec deo nec Ecclesia injuriam inferunt principibus
 si immunitatem Ecclesiasticam realem vel restringant
 vel omnino tollant, quia nec deus prohibet, nec
 superiores Ecclesiastici prohibere possunt, quia nil
 contra jus craxestaticum agere possunt.

5to. Personae Ecclesiasticae nil petere possunt nisi
 congruam sustentationem, ergo princeps bene agit
 si superflua ad usum meliorem, ad beneficia plura
 vigenda applicat.

6to Ex hac causa ex lege cavendi orta est lex
 amariationis, quod valida et justa est, ne bona
 civitatis inutiliter impendantur.

Et hoc sunt potissima argumenta, quibus moderni
Libertini auctoritatem Ecclesie Christi subvertere
nibuntur, aut labor inanis, quia hoc Ecclesia fun-
data est supra petram, quo a tam vili vento hinc inde
astutis subverti non potest, ut mox videbimus.

dd Math. 7. 25.

ad junum de Responsiones
Christiana.

R. ad junum quod imperium civile nec directe nec in-
directe subiciatur imperio Ecclesiastico sic: si
hoc propositio vera esset, sequeretur necessario quod
nullus Libertinorum, et eorum, qui hanc doctrinam
sequuntur, sit Christianus, quia Christus expressè ait:
si quis Ecclesiam non audierit, sed tibi sunt Ethnici
et publicanus. nam audire Ecclesiam idem est
ac preceptis illius obedire, et imperio illius se subijcere,
qui ergo illi non obedit, et imperio illius se subijcit,
est Ethnicus et publicanus, qui utiq; nec directe
nec indirecte imperio Ecclesiastico subiecti sunt,
quid enim tibi sicut ait apostolus 1. Cor. 5. 12. de iis qui
foris sunt, iudicare?

N. 85.

ee Math. 18. 17.

R. ad id quod civitas in ordine ad perseguendum
finem sibi propositum sit societas ab imperio Ecclesi-
astico profus libera, absolute regards: nam quis
est ille finis quem civitas sibi proponere debet
an forsitan felicitas temporalis? negat hoc Christus
et vocat Math. 6. 31. nolite solliciti esse dicentes:
quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operi-

N. 86.

gg math. 6. 9.

gg Luc. 5. 5.

N. 87.

nemus: hoc enim omnia gentes inquirunt. scilicet
 datur vester, quia his omnibus indigetis. quare ergo
 primum regnum dei, et iustitiam eius, et hoc omnia
 adicientur vobis. unde provenit felicitas tempor-
 alis? an ex labore et diligentia hominum? nonne
 à deo solo, à quo omnia bona procedunt? aut christi
 frustra nobis precepit? et hoc omnia bona à deo
 petamus, et primum quidem, ut adveniat nobis reg-
 num suum? si ergo finis primarius civitatis esse
 debet, quare primum regnum dei, et iustitiam eius,
 et si hoc sit, colera omnia à deo nobis adicientur
 quomodo civitas potest esse omnino libera ab
 imperio Ecclesiastico, cum regnum dei, et iustitia
 eius nullibi nisi in Ecclesia inveniri possit? an
 si libertini non se ipsos, sed non esse christi-
 anos, sed atheni et gentiles, quia iuxta assertum
 christi tantum gentes bona temporalia, pro fine suo
 habent. hic finis civitatis inutilis est: apostoli per
 totam noctem laborantes nihil ceperunt, dum autem
 in verbo christi lassaverunt rebe, concluderunt capis
 multitudinem piscium, quia deus dator est omnium
 bonorum.
 Et ad hunc quod princeps habeat jus strictum, proprium
 et profectum pro viribus suis removere omnia impedi-
 menta religioni christiana? quo sunt hoc impedi-
 menta, que religio christiana felicitati temporali
 opponit? omnia precepta religioni christiana pro
 fine habent felicitatem tam perpetuam quam temporalem

hominum, hoc est enim voluntas dei et christi.
 qui ergo poterunt impedire felicitatem temporalem?
 Christus ait Math. 7. 7. "petite et dabitur vobis, quodite
 et invenietis: pulsate et aperietur vobis." si ergo hoc
 omnia à deo petenda et accipienda sunt, et religio
 christiana hoc idem docet, quomodo poterit impedire
 felicitatem temporalem? tolle precepta divina et
 Religionem (ubi erit cultus divinus, et fornicas
 humana? ubi pax? ubi mutuum auxilium? ubi
 charitas? an non solus mundus est? vera con-
 fusio et pelunca laborum? si ergo Religio
 propiciendo proximum diligere sinit se ipsum, et
 sic societatem humanam non tantum comendat,
 sed et prociat, qui poterit felicitati temporali obesse?
 esto: quod unus aut alter propter Religionem ab
 hoc vel illo negotio impediatur, aut etiam in tem-
 poralibus aliquod detrimentum patiatur, cui in
 hoc conflictu potius servandum? Deus requirit
 à nobis, ut ei soli tanquam creatori, conservatori
 et soli domino serviamus: et Christus Math. 6. 24.
 ait: "nemo potest duobus dominis id est deo et
 mamona servire, in quo servitio Religio consistit,
 cui ergo, quodro iterum, potius servandum deo aut
 mamona? an non hi libertini iterum se ipsos
 produnt, se nullam religionem, nec deum, nec
 animam rationalem habere, et quorum solus deus
 venter ipsorum fit? et qui ut fies sub arbore glandes
 quærens et legens oculos nunquam in arborem cæci
 benefactorem suum attollit.

98
N. 88

Si ergo ex precepto Divino soli Deo servandum
et non natione, non mundo, non divitijs ubi
est ergo. ius Regium removendi omnia impedimenta
quae felicitati temporali obstant: quomodo stat hoc
doctrina cum esato Christi: quod est primum regnum
Dei et iustitiam eius, et hoc omnia adicientur vobis.

Prinipes vero sunt advocati, sunt tutores Ecclesie
et Religionis, non ut propter lucrum temporale illam
destruant, sed ut brachio seculari illam, si quis est,
defendant et tueantur, ut salutem animarum pro-
moveant, quia ipsi non sunt Domini et Legislatores
Religionis, sed et ipsi oves, qui si vocem Pastoris non
audiunt et sequuntur, non sunt ex ovili Christi. hinc
ad illud eiusdem farinae esse ius Regium cavendi
ne pretextu Religionis Christiand detrimentum aliquod
civitati quomodocumque inferatur, nam quod plus est
felicitas aeterna, aut felicitas temporalis imaginaria
tantum hominis? primam confert Religio, alteram
transitoriam mundus. quod rationabile? primum
querenda? Libertini posteriorem priori proponunt,
et ideo ius cavendi invenerunt, sed quid ego? ^{h. h.} quid
prodest homini, si mundum universum lucretur,
animo vero suo detrimentum patiatur? aut quam
dabit homo commutationem pro anima sua? o sinamus
caecos istos in fossam et puteum inbritis cadere, quia
nolunt intelligere, ut bene agerent.

N. 89.

R. R. Math. 16. 26.

N. 90.

Sed quid, habent etiam ius placenti Regij adeo ut
sine illorum consensu nil novi in Religionis statibus

Sed quare ego: an dum christus religionem instituit: etiam prius a principibus huius seculi licentiam petierit, aut eos interrogaverit, quomodo illam institueret debeat: aut dum apostolos in universum mundum misit Evangelium predicandi, hi quoque a principibus quosierint, quid predicare debeant: proque cum illorum doctrina doctrina mundi et principum e diametro fuerit contraria: nullo modo, sed contra ipsorum voluntatem et imperium cum fiducia et expositione vitæ verbum Dei predicaverunt, dicentes: "iudiciale, an iustum sit in conspectu dei, vos potius audire quam deum." Cum igitur hoc jus plebani regis tempore apostolorum in usu non fuerit, libertinorum est docere, à quo moderno tempore principes hoc jus acceperint, illorum soli imaginationi non creditur.

ii. act. 4. 19.

Non desiteor, vel maxime deare, ut si quid non in religione statuitur, hoc primum principi insinuandum fore, ut Tutori et advocato Ecclesie, ut populum ad observantiam compellat. per se ipsa quoque stare, ut si nocivum quid republice invenerit, illi se opponat, et reformari faciat, quod tamen vix aut ne vix quidem supponendum, cum omnis rex ex se se utilis et rationalis esse debeat, sed hoc tantum intellegas velim de rebus ad religionem essentialiter non pertinentibus, unde ad istud quod princeps sive advocatus officia essentialia religionis confirmet et accidentalia in-

N. 91.

noxia corroboret, et canones antiquos, novis legibus
 reformet, in hoc sensu absolute regardo, quod officia
 essentialia et accidentalia sunt et canones vim suam
 habeant à confirmatione principum, ut Liberius pro-
 cedunt; nam hoc potestas procedit à christo, quam
 non principibus, sed apostolis et ecclesiis suis tradidit,
 cui se principes, si christiani esse volunt, ipsi submittere
 debent. itaque officia hoc et canones quidem confirmant
 corroborant et regunt pro foro externo, non ut legis-
 labores, sed ut adiutores, ut à suis subditis observentur.
 «labia enim sacerdotis, ait deus Malach. 2. 7. / Custodient
 scientiam, et legem requirunt ex ore eius, quia reges
 domini exercituum est.» dein christus math. 18. 11. non
 ad principes, sed ad apostolos dixit: vobis datum est nosse
 mysteria regni caelorum, illis autem non est datum,
 ipse quoque non principes, sed apostolos misit, predicare,
 docere, et omnes in eis, qui ad religionem pertinent
 instruere, quod utique potestatem legislatoriam in-
 dicat. imò apostolos non solum in essentialibus, sed
 etiam accidentalibus leges tulisse, constat ex act. 15.
 29. ubi fidelibus prohibuerunt, ab immolatis, sanguine
 et suffocato comedere. hinc
 R. ad hoc falsum esse universaliter loquendo, quod prin-
 cipi sine Regio cavendi in ecclesia officia accidentalia
 religionis, cuiuscumque generis sint, vel suspendere vel
 profus abrogare possit, si civiliter noxia possenerit.
 dixi universaliter loquendo, nam hic distinguendum est.

N. 92.

inter actus privatos et apparenter tantum pios, ex
quibus quandoq; majora mala quam bona oriuntur,
et inter actus publicos et ab Ecclesia approbatos.
circa hos ultimos certum est, principes nullam potesta-
tem habere, quia sunt actus Religionis, circa quam
principes nihil disponere habent, ~~et circa~~ ~~non~~ ~~dicendis~~
~~magis~~ ~~patet~~ est, circa actus privatos, si noxios
perpexerint, quandoq; illos prohibere possunt, ut ex
more dicendis magis patebit.

Ex hac generali propositione libertatis nostri nunc
ad speciales casus veniunt, in quibus principibus
omnem licentiam impediuntur, et

1o ad peregrinationes longiores, quas ipsemet pro-
hibere posse conceperim, si a tota comunitate cum
expensis agriculturoq; instituantur, si eo tamen
ab una aut altera persona sine damno reipublice
instituantur, nego, quia tales peregrinationes sunt
actus libertatis faucentis, et opera pia in honorem
dei et sanctorum instituta, quae princeps prohibere
non potest, cum ipse potestas neq; se in libertatem
naturalem, neq; in cultum divinum extendat.

N. 93.

2do caeremonias alioq; factas, quas caeremonias hinc
intelligant, nefas, sed si hae ab Ecclesia approbatae
sunt, princeps hinc nihil disponere potest, nam
non princeps sed Episcopus Spiritus Sanctus populo
regere Ecclesiam dei.

N. 94.

KK ad. 20. 28.

3tio nocturnos conventus in Ecclesia. hinc iterum
distinguantur. si hi conventus ab Ecclesia instituti
sunt propter mysterium aliquod incarnationis divinae
princeps nihil facere potest, quia nullam potestatem

in Ecclesiam habet. secus dicendum de conventibus
privatis et non approbatis, ex quibus multa mala
oriuntur, quod tamen potius ad Prælatos Ecclesie
quam ad Principes spectat.

N. 95.

Ho pias confraternitates, ho omnino Principem
non tangunt. S. Jacobus c. 9. v. 16. ait: "orate pro
" invicem, ut salvemini, multum enim valet deve-
"ratio iusti apud Deum." jam confraternitates nihil
aliud sunt, quam societas quorundam hominum, qui
se sub tutela Christi, aut eius SS. Matris aut alio
Santo patrono obligant, pro invicem orare, alia
pia opera exercere, ut salventur, que omnes ab
Ecclesia approbato sunt, quid ergo ho ad Principes?
an ergo Princeps salva conscientia potest prohibere
orationes communes, aliaque pia opera, quibus salus
eterna facilius obtinetur, profertim cum quorundam
confraternitates à celo ipso aut per revelationem
aut miraculis institutæ sint? aut forsan rei-
publicæ noxiae sunt? sed in quo? conventus hi or-
dinarie fiunt diebus dominicis et festivis, qui dies
alias servitio divino dedicati sunt, ubi est ergo
damnum civitatis? imò an non magis illi proficua
sunt, dum confratres et fratres in specialibus cultu divino
in charitate mutua, in piis operibus, et peccatorum
confessione, et benedictionem divinam
in hoc mundo, et in altero vitam eternam promereri
faciunt? sic enim iudicavit apostolus Paulus, Tim.
4. 8. ubi ait: "corporalis exercitatio ad modicum
utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, pro-

« miserosen habens vult, quo nunc est, et futuro. »

N. 96

« est oblationes in confraternitatibus fieri consue-
tos, libertinorum nostrorum pungunt: cum
iuda enim dicunt: « ut quid perditio hoc? » an non
hoc pecunia melius impenderetur in civitate quam
in Eufesia? sic semper hi libertini mundum deo
proponunt, et omnia quae deo offeruntur, rejiciunt,
at longe aliter iudicat christus. mulierem, quae
alabastrum unguenti, pretiosi super caput eius effudit,
non tantum ^{non} reprehendit, sed et laudavit dicens:

pe Math. 26. 8.

« quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum
operata est in me - mittens enim hoc unguentum
hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. amen

« dico vobis, ubicumque predicatum fuerit hoc Evan-
gelium in toto mundo, dicetur, et quod hoc fecit
in memoriam eius. » oblationes istae omnes ad cultum
divinum ordinantur, et impenduntur, an hoc non
melius est, quam si ad luxum mundanum impen-
derentur? hoc approbant nostri libertini, illud
vituperant, quia dei est. item: an vidua ista

mn Marc. 12. 42.

erravit, dum postposita sua necessitate duo minuta
quae erant tota ipsius substantia, in gazophylacium
iactavit? non ait christus: « amen dico vobis, quo-
niam vidua hoc pauper plus omnibus misit, omnis
enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt, hoc
autem de penuria sua omnia, quae habuit, misit
totum victum suum. » ex quibus clare patet,
quam injuriose nostri libertini de deo sentiant.

Sto. ordines quosdam religiosos abrogat. cur tantum
quosdam et non omnes? rationem dant, quia non

N. 97.

omnes sunt divites, aut Reipublicis onerosi. ergo
 divites tantum et onerosi abrogari possunt. Sente-
 mur hanc propositionem melius. nullus est ordo
 unquam institutus, qui se non certis votis obstin-
 xit vel ~~se~~ salutem propriam et simul utilitatem
 Ecclesie et Reipublice procurandi, ut omnes Regulae
 docent, propterea ab Ecclesia semper ratidabiti et
 confirmati sunt. quoad ergo quis ordo in
 suo instituto perseverat, nec ab Ecclesia abrogari
 potest, quia quod semel placuit, amplius derogare
 non potest, et quia per subsequencia vota à deo
 ipso acceptatur et confirmatur. nusquam autem
 legimus principes seculares aut ordines instituisse
 aut confirmasse, qui ergo eos abrogare poterunt?
 quis ordo est res sacra, est status Ecclesiasticus
 pro fine habens honorem dei, et salutem animarum
 qui hoc ad principes seculares? Hoc solum pene
 ipse stat, hunc vel illum ordinem in suas ditiones
 recipere vel non, si autem semel rite, aut jura-
 mento aut pacto admisi sunt, neq; à successoribus
 principibus tolli possunt, quia iuramentum aut
 pactum etiam ex jure natura ipsos obligat, quia
 ditiones suas non aliter nisi cum hoc onere sibi
 acquisierunt, nisi quis dicere velit, pacta et jura-
 menta predecessorum successoribus non obligare, quod est contra
 sanam rationem et communem pacis totius mundi dictum.
 imò si pacta, jura-
 menta, et promissiones predecessorum
 nullum robur haberent, nulla civitas aut tota provincia

quod à predecessoribus pactum etiam ex jure natura ipsos obligat, quia factum

à Principibus populi erectus, et omnis fides subverta est.
 Non est ergo in potestate Principum ordinem aliquem
 abrogare, aut aliquem in suis rationibus rite fundatum
 expellere, nisi ex causis gravissimis, è quarum numero
 non est. Damnum aliquod effictum reipublico.

Ob. ad ordines suscipiendos vel ad ingressum Monasterij
 certam etatem profigit: novum et inauditum est hoc
 jus, primum hisce temporibus à Libertinis nostris Prin-
 cipibus adjudicatum. Scimus enim etatem pro ordinibus
 suscipiendis et ingressu in Religionem antea semper ab
 Ecclesia et conciliis profixam fuisse, ut Concilium
 Tridentinum testatur. Rem: an Principes est disquirere
 quinam sit eorum et dignus ad ordines suscipiendos aut
 ad ingressum Monasterij: utrumque est status Ecclesi-
 asticus, in utroque homo deputatur ad certum officium
 Divinum: hoc deputatio autem non fit per Principes
 seculares sed per arbitros Ecclesie, quorum solummodo
 est in mores, etatem et capacitatem suscipiendorum
 inquirere. in veteri Testamento Deus ipse Num. 8. 24.
 etatem Levitis prescripsit, quando ministrandi in Taber-
 naculo federis, in novo autem Testamento Christus
 suis apostolis reliquit, qui non ex conceptione Principum
 sed pro suo arbitrio Episcopos et sacerdotes et diaconos
 ordinarunt. Scimus S. Paulum Timotheum ad Ruc-
 junioem Episcopum constituisse, unde 1. Tim. 4. 12. ait:
 "nemo adolescentiam tuam contemnat." et C. 5. 22. ei
 precepit: "manus cito nemini imposueris" et hoc sine
 profixione etatis à Principibus, sed ut ipse Tit. 1. 5. ait:

N. 98.

« ut ea, quae defuncti corrigas, et constituas per civitates,
 « presbyteros, sicut et ego disposui tibi. » si ergo hoc jus
 ab initio ad apostolos pertinuit, quo jure moderno tempore
 ad principes devolutum est?

N. 99

2no. Regulares à nexu aliorum Superiorum in foro
 interno et externo absolvi, celibatum clericorum ad
 primorum seculorum normam reduci, quia hoc et
 similia ad essentiam religionis non pertinent, et
 quia sine illis salus aeterna obtineri potest.

Quod de nexu aliorum Superiorum hic dicunt
 nimium dicunt, nam quis unquam somnians, prin-
 cipes seculares habere potestatem in foro interno ab-
 solvendi? hic nexu provenit à regulis ordinum
 cui homines ex libertate naturali se sponte et
 libere subiciunt, quam libertatem nullus princeps
 nemini auferre potest, ergo nec nexum solvere potest.

Sed ajunt: potest princeps prohibere ne ullus ex-
 Francus in suis diocibus aliquam potestatem ex-
 erceat: sed distinguo, in rebus, quae sui fori sunt
 concedo, in rebus Ecclesiasticis et spiritualibus,
 qualis iste nexu est, nego, nam iste nexu concer-
 nit disciplinam regularem et pro fine habet salutem
 animarum, quod sunt extra forum principis, quae
 ad Ecclesiam spectat, in qua sicut princeps nihil disponere
 habet, ita nec etiam Religiosos neq; in foro externo
 ab hoc nexu absolvere potest.

N. 100.

Quod celibatum attinet, ut is ad normam primorum
 seculorum reducatur, libertini hi prius probare debent

an in primis seculis Episcopi, sacerdotes et Levites
 uxores habuerint nec ne. verum est, apostolos fere
 omnes uxoratos fuisse, dum à Christo vocati sunt,
 sed post susceptionem apostolatus eis non amplius
 cohabitasse testatur S. Paulus i. cor. 9. 5. ubi ait:
 apostolos et fratres Domini et cepham mulieres
 quidem secum circumducisse at non ut uxores, sed
 ut forores, ut eis ministrarent, ne propter necessitates
 corporales à ministerio verbi impediantur. quod
 et ipse uxorem non habuit factum i. cor. 7. 8. ubi
 ait: «dico autem non nuptis et virginis: Bonum est
 illis, si sic permanant, sicut et ego.» hoc idem
 præcipit Timotheus i. Tim. 5. 22. dicens: «de ipsum castum
 custodi.» imò quod ab Apostolorum tempore cali-
 cibus et habitibus introductus fuerit, testatur concilium 2^o castel-
 lanense circa 428. habitum, quod c. 2. sic ait: «ita
 placuit et condere sacrosantos antiphites, et dei
 sacerdotes, nec non et Levitas, vel qui sacramentis
 Divinis intersunt, continentem esse in omnibus, quo
 possunt simpliciter, quod à deo postulant impetrare,
 ut quod apostoli docuerunt, et ipsa servavit antiquitas,
 nos quoque custodiamus. ab universis Episcopis dicitur
 et qui sacramenta contrectant, presbyteri et diaconi,
 ab uxoribus se abstineant.»
 Nec suffragatur eis dictum apostoli i. Tim. 3. 2. ubi ait:
 «operetur ergo Episcopus irreprehensibilem esse, unius uxoris
 virum. item: diaconi sint unius uxoris viri.» nam ut

* confirmatur,
 & quae explicatio
 ex alio textu i. Tim.
 5. 9. ubi idem quostolus
 ait: « vidua eligatur
 & non minus senex
 annorum, quod fuerit
 & unius viri uxor: » et
 v. 12. ait: quod tales
 viduas, si iterum nu-
 bere velint, damnabi-
 onem habeant, quia
 primam fidem irritant
 fecerunt. si igitur
 viduas sacros non
 licebat istarum nubere,
 quanto minus Episcopi
 et alii ministris
 aetatis? sane hic
 quostolus

5. ambrosius hic advertit: quostolus non dicit, Episco-
 pum vel diaconum facientem, sed habentem filios, quos
 faceret ante capsum Episcopatum genuit, ut et honeste
 eos educat. Itaque filii ipsi contradiceret, dum 2. Tim. 2. 4.
 ait: « nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus,
 ut ei placeat, cui se probavit. » item 1. Cor. 7. 32. « volo autem
 vos sine sollicitudine esse. qui sine uxore est, sollicitus
 est, quod domini sunt, quomodo placeat Deo. qui autem
 cum uxore est, sollicitus est quod sunt mundi, quomodo
 placeat uxori et divinis est, quod diviso stare non
 potest cum ministerio Dei. »
 Hoc explicatio non placet quidem nostris theoreticis
 libertinis, sed volunt, melius domino posse se viri
 nubere quam sine uxore, quia quostolus ait:
 « melius est nubere quam viri » sed quostolus etiam
 causam addit, nimirum: « quod si se non continent
 nubant. » quod si quis ergo se continere non potest,
 nubat, sed ad ministerium Divinum celebrandum
 non audeat.

Denique nullam antiquitatem afferre possunt nisi
 conjugium graecorum, quod ipsis fortassis ab initio
 conceptum est, quia celibatus ad euentiam religionis
 quidem non pertinet, et sine illo salus aeterna obtineri
 potest, sed ob decentiam et reverentiam ministerii
 Divini semper prohibitum fuit, ut patet in Ecclesia Latina,
 et nemo ad sacros ordines promovetur, nisi prius
 castitatem voverit. qui ergo princeps celibatum
 tollere poterit, cum ipse neminem ordinare possit?

De ad 7m ubi dicitur nostri libertini, quod vota
 solennia sunt quidem juri divini, sed quia pactorem
 socialium obligatio est etiam juri divini, et tamen
 a stringere hoc potest, ergo etiam vota solennia
 potest quia vota adirem civitati nociva sunt,
 et lex natura stringere obligat, omnia civitati
 nociva eliminandi. sed quam inepte discurrant
 statim videbimus. imprimis vota solennia non sunt
 juri divini, nisi quatenus a deo permittuntur et
 acceptantur, sed sunt actus mere facultatis humanae
 in quibus ex jure natura oritur obligatio pro-
 missa servandi, quia omne promissum ex jure na-
 tura cadit in debitum. sic deus ipse describit vota
 Deut. 23. 21. ubi ait: cum volum voveris domino
 Deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit
 idem dominus deus tuus. et si moratus fueris re-
 putabitur tibi in peccatum. si nolueris polliceri
 absq; peccato esse. quod autem semel egressum
 est de labio tuis, observabis, et facies sunt pro-
 misisti domino deo tuo et propria voluntate,
 et ore tuo locutus es. similitur obligatio
 pactorum socialium non est ex jure divino, sed
 naturali, nec a stringere hoc potest, sed solum-
 modo mutuo consentientium consensu, quia est actus
 libertatis facultatis, quod stringere non tangit, nisi
 talia pacta ob damnum civitati emergens lege
 prohibeantur. interim magna est differentia inter
 vota solennia et inter pacta socialia: hoc temporalia
 respiciunt, illa divina quia sunt promissiones deo facto

quod si à deo semel acceptata fuerint sine consensu
 et remissione illius tolli non possunt. exemplum ha-
 bemus in matrimonio rato, in quo ipse deus con-
 iuges coniungit, de quo ait christus Math. 19. 6. «quod
 ergo deus coniunxit, homo non separet.» quia
 ergo etiam homo per vota solemnia deo se specialiter
 modo deparet, et arctius se deo coniungit, et hoc
 coniunctio per acceptationem perficitur, idem dicen-
 dum: quod deus coniunxit, homo non separet. Cui
 ergo princeps quandoque obligationem, pactorum
 socialium tollere aut prohibere possit, quia tem-
 poralia, quae sunt ipsius potestatis, tantum respiciunt,
 propterea non potest tollere vota solemnia, nisi
 infirmis deo separet, ne illa acceptata, et rati-
 habeant, quod extra ipsius potestatem sit, ipsi ei-
 restitui fateri debent.

Dein ubi per vota solemnia civitati aliquod dam-
 num inferatur, aut quod lex naturae requirit, ut
 hoc damnum eliminare. sane per obedientiam
 non, quia sive huic sive alteri obedientiam non
 deam civitate parum interest, quia omnes obedire
 debemus. neque per castitatem, quia solus mundus
 ita abundat hominibus, ut vix unus aut alter suam
 sustentationem inveniat. an non igitur civitati
 magis proficuum est, si uni aut alteri illius civium
 per ingressum religionis provideatur? neque per pau-
 pertatem voluntariam, quia per hanc civitas nullum
 damnum patitur, sed enolumentum percipit, quia
 cives pauciores habet, qui se defendere nitentur.
 Si ergo civitas per vota solemnia nullum damnum

patitur, quo jure tenetur princeps illa tollere? jure
naturae? Sed hoc jure princeps non major est quam
quisvis alius homo. sola ordinatione divina rector,
hujus mundi constituti sunt, ut omnia in suo ordina-
conferentur: quia autem christus ipse praecipit, omnia
terrena despicere, et soli deo servire, ubi est ergo hoc
praecipit?

Quod denique addunt: quod princeps tollendo ordinem
tantum nexum socialem dissolvat, ex quo tamen talis
mutatio sequatur, ut obligatio votorum per se secesset,
aut jussissima ratio adfit ad dispensationem impedi-
endam, ut clemens xvi. tollendo societatem religiosam
ab omni obligatione liberis pronuntiavit, dico primum
falsissimum esse, quod princeps possit tollere ordinem,
nisi velit et ipsum cultum divinum tollere, quia
omnis ordo ad cultum divinum promovendum in-
stitutus est. dein ut jam dixi, quilibet ordo est res
spiritualis ab ecclesia approbata, adeoque extra forum
principis secularis, qui ergo eam tollere poterit?
eijciendo religiosos ex ditione sua ordinem non tollit
sed minuit tantum religiosos, et si hoc fecerit, vi-
derit ipse, quomodo vindictam divinam effugiet.
item eijciendo et dispergendo religiosos nexum soci-
alem id est vitam illorum socialem quidem tollit,
sed propterea obligatio votorum non cessat, quia
hoc est extra monasteria et vitam socialem servari
possunt, et debent. dico, debent: quia res, casta non
est, an per dispensationem tolli possint. Contrarium

N. 102

vide de hac re
in fine N. 596.

enim scriptura expresse docet, ut patet ex textu n. 101.
 ex deut. 23. adducto. Dein David ait psal. 49. 14. immola
 Deo sacrificium laudis, et redde actipimo vota tua.
 et Eclesiastes c. 5. 3. si quid voveris Deo, ne moreris
 reddere, displicet enim ei infidelis et stulta promissio.
 sed quodcumq; voveris, redde. multoq; melius est non
 vovare, quam post votum promissa non reddere.

Matth. 23. 18. dicebant pharisaei: quicumq; iuraverit
 in aetari, nihil est. quicumq; autem iuraverit in dono
 quod est super illud, debet. Christus autem responde-
 bat: ceteri: quid enim majus est donum an aetate,
 quod sanctificat donum? qui ergo iurat in aetari,
 iurat in eo, et in omnibus, quae super illud sunt.
 et qui iurat in celo, iurat in throno dei, et in eo,
 qui sedet super eum. ergo qui iurat Deo, tenetur
 firmiter reddere.

Item S. Paulus i. Tim. 4. 11. ait: ad adolescentiores, autem
 viduas devota; cum enim transgrediendo vota
 castitatis: luxuriato fuerint in chasso nubere
 volunt, habentes damnationem, quia primam fidem
 irritam fecerunt.

Item Luc. 9. 61. quidam ad Jesum dixit: sequar te
 Domine, sed permittite mihi primum renuntiare his, quae
 domi sunt. ait ad illum Jesus: nemo mittens manum
 ad aratrum, et respiciens retro q. plus est reproderi.
 cum ergo omnes religiosi per vota solennia manum
 miserunt ad aratrum, quomodo sine iactura salutis

retro respicere poterunt?

at ajunt: nunquid Ecclesia habet potestatem ligandi atq; solvendi a deo, ut quidquid ligaverit aut solverit, erit quoq; ligatum atq; solutum in celo? Dein an non ordines approbat et confirmat, ergo etiam potest eos iterum solvere?

Et Ecclesia habet potestatem ligandi atq; solvendi. *11. super dicitur tantum* in iis, quae in potestate eius sunt concedo, in iis, quae jam a deo sunt recepta, vota in facie Ecclesiae semel emissa non sunt amplius in potestate Ecclesiae, quia a deo jam sunt accepta et ratificata!

quod autem a deo semel est acceptatum et ratificatum Ecclesia non amplius mutare potest, nisi dicere velit potestatem dei subesse potestati Ecclesiae quod impium est. Deus ligata et soluta Ecclesia approbat, sed vota solentia ab Ecclesia non ligantur, et consequenter non solvantur, sed obligationem suam ab acceptance dei accipiunt.

sicut ergo Ecclesia promissa aut pacta *facultatis* humana solvere non potest, si horum solutio redundat in damnum tertij, quia non Ecclesia sed creditor est dominus solutionis, ita neq; hic vota solvere potest, quia tunc solutio cederet in damnum dei, cuius solus est promissa condonare.

Dein verum quidem est, quod Ecclesia ordines approbat et confirmat, at non vota, quae sol a deo sunt, et ab ipso approbantur.

et sic etiam castri ex causis solvere potest

Sed respondent: vota propter ordinem emittuntur, et in ordine: ergo si ordo tollitur, cessant etiam vota, quia in votis consistit ordo.

at quoro ego, si per abrogationem ordinis etiam
vota cessarent, ad quod requiritur adhuc dispensatio
sane quod per se se cesset, non indiget dispensatione.
ergo ipsi adversarij fatentur, per solam abrogati-
onem ordinis vota non cessare, sed primum per
dispensationem. Toti. dabatur. Jam si deus ipse
Deut. 23. 21. ait: cum votum voveris Domino deo
i. tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud
dominus deus tuus. et christus Math. 19. 6. ait: quod
deus conjunxit, homo non separet, et Math. 23.
20. praecipit: servare omnia, quaecumque mandavi vobis,
quis hic dispensare audebit, praesertim cum modernis
temporibus tales dispensationes tantum ad petitionem
principum sine ulla rationabili causa fiant? in
Eclesio potestate est, circa valorem votorum disquirere
et juxta circumstantias ea aut nulla aut valida

et prout videntur declarare, sed quod in votis validis praesertim solemnibus
ea doctrina christi dispensare possit, mihi persuadere non possum.
esse con-vel dif- Et ut ad objectionem in forma respondeam, dico:
formia: contra vota quidem propter ordinem et in ordine emittuntur,
hanc enim nullam hoc est, ordo dat animum ad emissionem votorum, vota
habet potestatem: autem ipsa non ordinis, sed deo voverunt, et etiam
extra ordinem voveri possunt, unde licet ordo abrogetur
ita permanere possunt et debent, quia illorum re-
missio periret deum. stat, de qua nemo cessus est. ex quo
sequitur, quomodo ordinem praesertim non consistere in
votis, bene tamen per ea perfici, quia ordo nihil aliud
est quam societas quodam juxta certas regulas vivendi
quibus, adjecta fuerunt vota majora, ut per hoc magis

q christus

proficiantur. Quia vota castitatis, paupertatis et obedi-
entiae penitus in Romam committitur, antequam illius
ordo existeret. Math. 5. 3. ait: "Beati pauperes spiritu,
quoniam ipsorum est regnum caelorum. Math. 19. 12.
"sunt Eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter
regnum caelorum. qui potest capere, capiat." obedi-
entiam suo exemplo docuit. "Cum ferebat humidi. n. 2. 8.
"ait factus obediens usque ad mortem." in his omnibus
christus plures imitatores, apostolos et alios habuit,
qui se votis ad hoc adstrinxerunt, antequam illius
ordo esset: ergo extra ordinem servari possunt. quod
autem quidam praesertim, propter ordinem hoc vota
emittant, ordo quidem est causa emissionis, sed non
finis votorum, qui est in castitate, paupertate et
obedientia Deo servire sive ordo maneat, sive per
avidens abrogetur. manet ergo: "quod semel egressum
est de labiis tuis, observabis, et facies suam, no-
misti domino deo tuo et propria voluntate, et
ore tuo locutus es."

q alius quibus bonis
quo quisq ordo sibi
elegit

Exemplum quod hic afferunt de Clemente XIV.
quod sciendo societatem religiosam ab omni obli-
gatione ciborum pronuntiavit, maius foris non est
disquirere, cum mihi neque vota Jesuitarum, neque
causa illorum abrogationis, neque quid supra fecerit
ignotum sit, et hic nulla sit disputatio de facto,
sed de jure, contra quod supra nihil fecisse credo. vide plura inferis.

Ad id quod princeps habeat jus in personas
ecclesiasticas habeat etiam in iustitia
et quod vel vota necque alius vel ordines sacros
susceptos sunt. his igitur prohibere potest, ne cum
salutis publicae detrimento faciant. Sed perro ego

N. 103.

unde habent principes talem potestatem in personis:
 S. Paulus Rom. 13. 1. ait: non est potestas nisi à deo,
 quod autem sunt, à deo ordinatae sunt. et Salomon
 Sap. 6. 2. ait: ~~prohibetur auctoritas~~ auctoritas ergo Reges et
 intelligite, dicitur iudices finium terra - quoniam data
 est à domino potestas vobis - quoniam cum esetis ministri
 regni illius, non verè iudicastis, nec custodistis legem
 iustitiae, neque secundum voluntatem dei ambulastis.
 Nec quicquam autem invenio in sacra scriptura de hac
 potestate, bene tamen contrarium. Deus ab initio
 constituit Romines: ait Siphac Eulic. 15. 14. et reliquit
 in manu consilij sui. Deus etiam speciale preceptum
 Num. 30. 5. de votis dedit, dicens: si quis virorum votum
 domino voverit, aut se constrinxerit iuramento, non
 fauet irritum verbum suum, sed omne quod promissit,
 implebit - vidua et repudiata, quidquid voverint,
 reddent. Solummodo tunc excipit filios et filias, sub potestate
 potestate et uxores sub mariti potestate constituit,
 quia non sunt sui iuris. si autem vir vel pater
 eorum votis non contradixerit, vota reddere tenentur.
 si autem Deus ipse unicuique Romini, qui sui iuris est,
 liberum reliquit vovere quidquid voluerit, quomodo
 princeps id prohibere poterit?

Ex his autem argumentari non licet, quod sicut
 filij et uxores sine patris et mariti consensu vovere
 non possint, etiam omnes Romines sine consensu prin-
 cipis vovere non possint, nam magna est distinctio
 inter patriam potestatem et potestatem principis,
 quia lex naturae filios parentibus, et lex divina

uxores maritis subijcit, nulla autem Romino Liberos
 ducit. Tringit non traditur servitus subjectorum
 olim agebat Maximilianus Elector Bavaris ad filium
 sed tutela. ipse velut populorum pastor ac pastor
propter pfor magis est, quam populi propter ipsum.
 unde Syrach Eclis 32. i. ait: "Rectorem te popuerunt.
 "noli extolli: esto in illis quasi unes ex ipsis."
 imo p. princeps vota aut ordines suscipiendos pro-
 hibere potest, an non est dominus humanarum
 voluntatum? si autem hoc ubi est libertas
 et liberum arbitrium? item deus est, qui unum-
 quemque hominem ad certum statum vocat, aut ad
 quoddam bonum opus invitat, poteritne princeps
 huic vocationi et invitationi resistere? aut bene-
 dixit deus primum euentiam ad hanc vocationem
 a principe petere?

Denique quis credat, Eclesiam vota solemnia posse
 solvere, quorum professionis ipsa est legis et credat,
 ea deo non tantum accepta sed etiam acceptata
 fuisse? an non sic per Eclesiam pervertebatur, quod
 a deo approbatum fuit? an non sic ipse deus or-
 dinationi Eclesie subiectus est?

aliter tamen dicendum de votis simplicibus, que
 ordinarie tantum ex inconsiderato feruntur, aut
 cum conditione emittuntur, et a potiori non nisi
 cum damno vel proprio vel tertij servari possunt, quod
 si emittentes providissent, facere non vorissent, tunc
 quia tales vorantes certi non sunt de acceptatione
 Dei, neque vota ipsa ab Ecclesia confirmata sunt,
 tunc de eis iudicare vel permutare possunt, quia

N. 104.

118.

vota debent esse libera, spontanea et bene ponderata
alias deo non sunt accepta, proferunt enim per ea
aliquod damnum vel videnti vel proximo inferunt.

N. 105.

Idem dicendum de obligationibus ordinis alicuius
propriis, quia si ordo solvetur, ea per se cessant,
quia observari non amplius possunt.

Quod de detrimento publico salutis addunt, est
vera imaginatio, quia neque per vota, neque per sus-
ceptionem ordinum publica salus quin aliquod
damnum patiatur, eius utilitas promovetur.

N. 106.

Ad ad gratiam convertendo argumentum: quia ex
dictis princeps nullum jus habet in personas Ecclesi-
asticas, etiam nullum jus habet in bona spiritualia
neque pro eubitu illa applicare potest, quia sunt
auctoritatem quod. plura hinc dicere superfluum, quia
hoc materia inferius iterum redibit, et melius
perscrutabitur.

N. 107.

Ad ad idem ~~argumentum~~ ~~argumentum~~ ~~argumentum~~ ~~argumentum~~ ~~argumentum~~
quod princeps tenetur subditis suis concedere toler-
antiam civilem uniusque religionis civiliter in-
noxia, etiam si hoc falsa sit, quia tantum habet jus
circa facta, cuius finis est felicitas externa civium
cui cum religio quaecumque civiliter innoxia non
adversatur, neque potestas eam subditis prohibendi in-
stitui censenda est.

Cuius hoc sit vox an Esau,
an Jacob, nolo hinc disquirere, quia se ipsam prodit,
hoc certum est, non esse vocem hominis christiani
sed mundani, qui semper pro bonis temporalibus fo-
licitus est, Religionem autem aut patrum aut nihil

civat. primo partum de damno civili loquamur.
 inter omnia bona civilia primum locum obtinet
 pax et tranquillitas publica. quem laetantem
 quo bella et rebelliones olim Hugonoto in
 gallia, et Hussita in Bohemia, excitaverunt.
 Lutherani in Imperio Romano excitaverunt?
 an non eodem rebelliones iterum de novo im-
 endo sunt, praesertim si a principibus majoribus
 gratis et privilegis providentur quam catholicis?
 Religio semper unicus et primarius lapis offensi-
 onis inter diversas sectas fuit, quolibet enim
 suam Religionem mordaciter ductur, super alias
 extollet, et omnes actiones juxta ideam instituit
 unde necessario oriri debent contentiones, de-
 spectus, rixae, per quas pax publica turbatur.
 primo quidem se legibus civilibus se submittent
 quamprimum vero fortiores exhiberint, principibus
 ipsi leges praescribunt. eventus veritatem docet.
 Dein utilitas communis, quod ex hac tolerantia
 gravatur tam magna non est, ut inde civitas per-
 turbetur, quia in regnis pure catholicis idem arti-
 fices inveniantur, et eadem artificia exercentur,
 ut in ditionibus protestantem, consequenter intentio
 primaria huius tolerantiae esse videtur, Religionem
 supplicandi, ut haereticis exaceretur.

Secundo an non periculum maximum catholicis
 iminet perversionis? addunt quidem in puncto primo.
 Dum vero satis providetur, ne in profanum per-
 versionis periculum fabrici orthodoxi incidant.

N. 108.

4 frustra

sed quis hic satis providere poterit, nosertim hinc
 temporibus, ubi quod plurimos Religio alias quodam
 refrigescit, omnia vitia abundant, et iugo Christi
 se fere nemo submittere cupit? aut S. Paulus, 1. Cor.
 5. 11. Corinthios prohibuit fornicariis huius mundi,
 aut avaris, aut iracundis, aut idolis fervientibus
 commisceri, nec cum eis modi cibum fumere? non
 fiebat enim, quod occasio furem faciat. jam per
 tolerantiam catholici cum haeticis vivere, conti-
 et negociare tentant, quis credet ergo, quod nullum
 ad sit periculum perversionis? sane longe aliter
 docuit S. Paulus Tit. 3. 10. ubi ait: "haeticum ho-
 minem post unam et secundam correptionem de-
 mitta, sciens, quia subversus est, qui eius modi est,
 cum sit proptio iudicio condemnatus." et
 S. Joannes 2. Ep. 9. "omnis qui recedit, et non pe-
 manet in doctrina Christi, Deum non habet. si
 quis venit ad vos, et hanc doctrinam non afferit,
 nolite recipere eum in domum, nec ave-
 ei dixeritis, qui enim dicit illi ave, communicat
 operibus eius malignis." nam simplicium corda
 pervertere est vicus labor haeticorum, quorum
 sermo ait S. Paulus 2. Tim. 2. 17. "ut caner serpentes"
 qui putredine quadam inquit, sed semper ulterius
 vorat, usque dum nullo remedio amplius subveniri
 potest. sed

N. 109.

Reponunt: hinc perversioni cautem esse per legem
 qua omnis disputatio cum haeticis prohibetur.
 sed estne hoc prohibitio iusta? Christus precepit
 Math. 28. 19. quod solis, et per quod solis omnibus patre

121
dicantibus: « omnes docete omnes gentes - docentes
« eos servare omnia quae cumq; mandavi vobis. » si
ergo docere et convertere sine disputatione pos-
setur cum haeticis fieri non potest, an ergo prin-
cipio contra preceptum christi, qui omnes vult salvos
fieri, disputationem prohibere potest? an non
ipse est causa illorum damnationis, dum per
tolerantiam et hanc prohibitionem illos in suo
errore confirmat, et roborat? at

Reponunt iterum: quomodo potest illorum dam-
natio principi imputari, cum hoc tolerantia jam
pridem per pacem religiosam et messaliam
tanquam Lex Imperij statuta fuerit? Sed
Quem laetel, hanc tolerantiam tantum vi intro-
ductam, et catholicos usque inferiores coactos
fuisse ad subscribendum, ne omnia perdant?
Tenentur quidem vi huius pacis haeticos tolerare,
quia aliter non possunt, at principi catholico, in
cuius ditione hoc Lex nunquam acceptata fuit,
propterea non licet haeticos pro suo cubitu
de novo introducere, dum ab actibus, s. scripturae
et rationes modo adductas, dum etiam, quia Ecclesia
hoc factum semper deplorata est, haereses anathe-
mizans, et praesertim concilium oecumenicum
Lateranense a. 1215 sub Innocentio III. habitum
cap. 3. sic statuit: « noneantur autem et inducantur
et si necesse fuerit per censuram Ecclesiasticam
et compellantur seculares, potestates cuiuscumq;
officij, etiam si sint reputari cupiant, et haberi fideles,

N. 110.

Ita pro defensione fidei prostant publicè iura-
 mentum, quod de levis suis jurisdictionis subjectos
 universos hereticos ab Ecclesia de notatos bona
 fide pro viribus exterminare studeant, ita
 quod amodo quocumque quis fuerit in potestatem
 sine spirituales sine temporalem assumptis, hoc
 tenetur capitulum firmare.
 Si vero Dominus temporalis requisitus et monitus
 ab Ecclesia terram suam purgare neglexerit ab
 hac heretica seditione, per metropolitanum
 et comprovinciales Episcopos excommunicationis
 vinculo innodetur. et si facere contempserit
 infra annum, significetur hoc summo Pontifici
 ut ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate
 denunciaret absolutos, et terram exponat catho-
 licis occupandam, qui eam exterminatis her-
 eticis sine ulla contradictione possideant, et
 in fidei puritate conservent, salvo iure Do-
 mini principalis, dummodo super hoc ipse nullum
 propter obstaculum nec aliquod impedimentum
 ponat, eadem nihilominus Regè servata circa
 eos qui non habent Dominos principales.
 Et hoc quidem iussu ita decreta sunt: nam rem Ec-
 clesie potestatem inficiabitur hereticos damnandi,
 et ab Ecclesia arcendi, expedit ergo principi Christiano
 tales excommunicatos in suam tutelam et societatem
 civilem assumere, cum scriptura ipsa omnem communi-
 cationem cum eiusmodi prohibeat? si hoc eos non
 tenent, terreat eos factem

Tertio ignominia christo et Ecclesie eius per hoc inflata. Christus ait Luc. II. 23. "qui non est mecum contra me est, et qui non colligit, dispergit." Jam certum est hereticos omnes non esse cum christo, quia doctrinam eius pervertunt, et aversantur. ergo sunt contra christum et eius inimici. Jam inimicos christi fovere et in tutelam sumere, an non est hoc maxima ignominia christo illata? Item tanquam christiani tenentur fidem veram dlatare, et cum christo oves errantes in ovile. ~~ammuchis~~ colligere, an non sic dispergant gregem christi, et ovile hauris replent? qualis hoc est injuria Ecclesie christi inflata? sed

aiunt nostri libertini puncto 12^{no}. Princeps quia Princeps tenetur quidem religionem veram foveri, non quatenus vera est, sed quatenus est utilis civitati. si igitur tolerantia religionis falsa civitati pariter est utilis vel factem innocua, non est, cui Princeps Ranc subditis suis prohibere tenetur.

at anne possibile, ut homo ratione proditus, et doctus et christianus ita insaniere possit? audi Libertine et responde: cur te deus creavit? ut fruaris bonis huius mundi sicut et bestie agri? non in hunc finem deus te non creavit, sed ut ei, et ei soli servias quia ipse dominus tuus, et servus illius, ut pro hoc servitio te eterna beatitudine remunerare possit. Jam per quid ei digne servire posses? ecce medium, unicuique est Religio. ergo Religio primum est, quod amplecti debes. et quia Religionem diversa sunt, et una

N. II.

tantum est vera, ergo hanc inquirere debes, si
 Deum rite colere cupis. si ergo Deo tantum in
 Religione vera servire teneris, ergo Princeps tantum
 Religionem veram hauri tenetur, quatenus civitati
 est utilis? Religio à Deo non est ~~instituta~~ instituta
 propter utilitatem civitatis, sed propter cultum
 Divinum. si ergo Princeps vult digne colere Deum
 Religionem hauri debet propter veritatem, et non
 propter utilitatem civitatis, cuius et hoc ex re-
 ligione sequatur. unde sequentibus concluditur:
 quod Princeps catholicus teneatur falsam re-
 ligionem et si civitati utilem prohibere, quia
 Deo displicet, et ipse per illam magis inhorretur,
 quam colatur.

Nec ipsi haeretici sibi de veritate sua Religionis
 propter pacem westphalicam blandiri possunt, quia
 Religio non ab hominibus, sed à Deo, cuius est
 auctor, approbari debet. cum igitur verum signum
 talis approbationis assignare possunt, manent verum
 signum humanum. vide

N. 117.

Et ad istud falsissimum esse, Princeps Religio-
 ipsius evase Tolerantiam falsae Religionis
 denegando, nisi in fecerint vel publico tran-
 quillitatis causa, vel pacto publico obstricti,
 se nunquam velle falsam religionem in suum
 Territorium admittere, quia causas gravissimas
 semper habuerunt, partim tranquillitatem publicam,
 partim periculum perfectionis avertendae, potissimum
 autem, quia haeretici sunt inimici Dei. ex pluribus

unum tantum hic adduco. Recaredum Regem
Hispania, qui, ut in vita S. Hermenegildi scriptis
suis legitur, totam visigothorum gentem ita
ad veram fidem perduxit, ut nullum in suo regno
militare permitteret, qui regni Dei hostis existeret
per hereticam pravitatem non dimeret.

Qualis ergo est hoc petulantia, Religiosissimos
Principes erroris arguere, quod hereticos in suas
ditiones non suscipiant, cum hoc propter publi-
cam utilitatem et honorem Dei facere debeantur?

Quod istud ubi dicunt: Imperio Ecclesiastico competere
quidem jus in cultum divinum Dei externum,
hoc est jus determinandi cultum Dei externum,
sed propterea ei non competere jus in temporalia
ad hunc cultum necessaria sed an hi libertini
non sibi metipsis contradicunt? si temporalia
ad hunc cultum sunt necessaria, et si sine tem-
poralibus iste cultus exequi non potest, an non
etiam Ecclesia necessario debet habere jus in tem-
poralia, si habet jus determinandi hunc cultum?
jus determinandi includit in se necessario jus in
temporalia ad hunc cultum necessaria, quia de-
terminando cultum, simul etiam determinat
temporalia, quia alias non potest determinare
cultum, qui sine temporalibus subsistere non potest
in partate. civitas quidam habet jus determinandi
cultum, quo princeps adveniens suscipiatur: ergo
simul debet habere jus ea omnia determinandi
quae ad hunc cultum pertinent, alias ista de-
terminatio esset inanis et sine effectu. ergo

N. 114.

001. cor. 9. 14.

etiam Ecclesia debet habere jus ad ea omnia
 quae ad jus determinandi pertinent. Sed
 dicunt: magnam esse differentiam inter civitatem
 et Ecclesiam: illa habet jus determinandi et exe-
 quendi circa temporalia, sicut Ecclesia. at
 Quod ego: cuius sunt omnia temporalia an
 Principis an Dei? nonne Dei? verum est, Christus
 misit apostolos suos in mundum sine saculo et
 pera, nihilominus^{oo} ordinavit eis, qui Evangelium
 annuntiant, de Evangelio vivere. De Evangelio
 autem vivere est de temporalibus vivere, ut sanctus
 Paulus e. c. ait: "si nos vobis spiritualia seminamus"
 "magnum est, si nos carnalia vestra metamus"
 si autem apostoli jus haberent in temporalia
 pro victu suo, an non multo magis hoc jus ha-
 berent pro cultu divino? in veteri lege Deus
 tantum primitiva et optima animalia in sacri-
 ficium sibi offerre praecipit, an hodie non amplius
 hanc potestatem habet, aut Principibus omnia
 tradidit? Christus cum cum triumpho Jerusalem
 ingredi vellet, non querendo aut petendo^{fac} praecipiens
 praecipit apostolis Math. 21. 2. dicens: "ite in castellum
 "cuius quoddam contra vos est, et ibi stabulum invenietis
 "et asinam alligatam, et pullum cum ea: solvite
 "et adducite mihi." et Leproso, quem Math. 8. 4.
 curavit, mandavit: "vade, ostende te sacerdoti, et
 "offer munus, quod praecipit Moyses in testimonium
 "tibi." hoc munus autem consistebat Levit. 14. 10.
 in duobus aenis imcunctis, ove annicula atque

macula et lribus decimis simile utiq; temporalibus
 ad cultum Dei spectantibus, quia sacrificium erant,
 qui autem hoc sacrificium determinandi jus
 habuit, an non etiam hanc in temporalia?
 si ergo christus Ecclesie sua potestatem ad jus de-
 terminandi cultum divinum eternum dedit, dedit
 et ei jus in temporalia additum cultum ne-
 cessaria, quia ipse dicit Joan. 20. 21. "sicut misit me
 Pater, et ego mitto vos." id est cum eadem potestate.
 nil solidius ergo quam omnia temporalia soli
 dispositioni principum adscribere. Deus est creator
 et conservator omnium rerum, adeoque ipse solus
 Dominus: an ergo non est in potestate ipsius uni-
 cuiq; dare, quod ipsi libuerit? si ergo Ecclesia de-
 terminando cultum divinum etiam determinat
 temporalia ad illum necessaria, nihil simit de rebus
 principis, sed de rebus Dei, quod princeps prohibere
 non potest.

R. ad 15th ubi ajunt: cum Jesu christo igitur, cum
apostolis, cum SS. Patribus universis loquimur, dum
dicimus, nec Romano Pontifici, nec Episcopis seu
seorsim sumptis, seu simul acceptis jure Divino com-
petere ullam potestatem temporalem vel directam
vel indirectam: quare tantum abest ut concilia
generalia vel Romani Pontificis Regem quemquam
directi aut indirecte exautorandi jus habeant
ut ne quidem alias quascuq; penas temporales
delinquentibus infligere jure proprio possint.

N. 115.

pp i Tim. i. 9.

N. 116

inuenta et magna hinc afferunt libertini nostri sed
 utinam etiam cum veritate, sed quia hanc respiciunt
 PP. conuersi sunt in vaniloquium, valentes esse legis
 Doctores, non intelligentes neque quod loquuntur, neque
 de quibus affirmant. et quia ab hac propositione
 ferre solent illorum systema dependet, opero proctum
 est, ut omnia ad quicquam usque evisceremus.

Duo sunt tantum imperia in mundo, videlicet tem-
 porale et spirituale, utrumque à deo institutum.
 Temporale jam initium sumpsit in adam post creati-
 onem mundi: " Crescite et multiplicamini " ait deus
 deus gen. i. 28. et replete terram, et subijcite eam,
 " et dominamini piscibus maris et volatilibus caeli,
 " et universis animantibus, quae moventur super terram,
 quod imperium christus in lege nova non sustulit,
 sed confirmavit, unde S. Petrus i. Ep. 2. 13. ait: " sub-
 iecti igitur estote omni humanae creaturae propter
 " deum, sive Regi quasi praecellenti, sive Ducibus
 " vel bonorum, quia sic est voluntas dei."

Spirituale incepit, dum deus vetus Testamentum
 cum populo Israel condidit, et sacerdotium instituit
 quod christus in lege nova renovavit, dum Petro
 math. 16. 19. claves regni caelorum tradidit, dicens:
 " quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum
 " et in caelis, et quodcumque solveris super terram, erit
 " solutum et in caelis."

129
N. 117.
Ex utriusq[ue] institutione videmus, unumquodq[ue]
imperium habere proprium finem, temporale tem-
poralia, et spirituale spiritualia, qui tamen fines,
etsi inter se diversi videantur, propter finem ul-
timum tamen, ad quem uterq[ue] tendit, et tendere
debet, ita invicem conjuncti sunt, ut unus alteri
adjumento esse debeat.

Finis ultius seu primarius utriusq[ue] est regnum
Dei: "quod est ergo primum regnum dei," ait
christus Matth. 6. 33. "et iustitiam eius, et cetera
omnia adiciendum vobis." hunc finem per im-
perium temporale nemo assequi potest, quia istud
tantum respicit vitam civilem et politicam, et
huic fini magis obest quam prodest, atq[ue] populo
christiano non sufficit vivere secundum virtutes
morales philosophicas et politicas, sed oportet ut
viva secundum virtutes theologicas, quae dirigunt
actus christianorum ad vitam beatam, quae non
novit ratio naturalis, nec potestas secularis super
eam fundata, sed sola revelatio, cuius mysteria
non omnibus saecularibus, sed solum prophetis
Luc. 8. 10. concedita sunt, adeoq[ue] nec media ra-
tionis ad finem illum assequendum, etsi non negamus
illos multum brachio seculari ad hoc confere posse.

Nec hoc diversitas finium obest, quod utriusq[ue]
imperium in una persona consistere non possit, adeo
ut spirituales et temporales potestates simul
exerceat. Moyses erat et sacerdos et dux. Regibus
etiam in libris Machabeorum de iuda Machabeo

N. 119

Jonatha, Simone et Joanne filio Simonis, quod
 in omnibus tam spiritualibus quam temporalibus
 populo dei profuerint. imò in veteri lege Deut.
 17. 8. præceptum erat: « si difficile et ambiguum
 « quid te judicium esse peffereris inter sanguinem
 « et sanguinem, causam et causam, lepram et
 « lepram, et judicium intra portas tuas videris verum
 « variari, surge et afeude ad locum, quem elegerit
 « Dominus deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leviticis ge-
 « neris, et ad judicem, qui fuerit illo tempore, quoresq;
 « ab eis, qui judicabunt tibi judicij veritatem, et facies
 « quodcumq; dixerint, qui posent loco, quem elegerit
 « Dominus et docuerint te juxta legem eius: sequerisq;
 « sententiam eorum. nec declinabis ad dexteram nego-
 « ad sinistram. qui autem superbiens nolens obedire
 « sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino
 « Deo tuo, et decreto judicis, morietur homo ille, et
 « auferes malum de Israel. » eue! quam manifeste
 hic textus dicit, quod ad sacerdotem pertineat judicare
 non solum inter lepram et lepram quantum ad ceremoni-
 alia et irregularitatem legis, sed inter sanguinem et
 sanguinem quantum ad criminalia, et inter causam
 et causam, quantum ad civilia.

Non est ergo contra legem veterem, ut sacerdos sit
 Judex, tam in spiritualibus quam temporalibus. Nec
 etiam est contra legem naturæ, quia Melchisedech
 fuit Rex et sacerdos, aliq; Patriarchæ ut Noë, Abrahamus

qui simul terrena moderati sunt, et simul sacerdotio functi sunt.

an ergo hoc simultas obfit legi Evangelicis? non loquor hic de potestate temporali auctoritatum quam in suos subditos tanquam domini territoriales exercent, sed de potestate communi in res temporales quam ut sacerdotes exercent. si scripturam sacram novi testamenti consulo, nullam invenio contradictionem. certum enim est jmo. christum tanquam caput Ecclesie utramque potestatem habuisse. sic enim ipse ait Math. 28. 18. "Data est mihi omnis potestas in celo et in terra, et S. Paulus ex psal. 8. heb. 2. 8. ait: "omnia subiecisti sub pedibus eius. in eo autem, quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei." si ergo christus suos apostolos cum eadem potestate, quam ipse habuit, misit in mundum, quis eis hanc potestatem adinere poterit?

N. 120.

2do. Math. 18. 19. ita christus loquitur: "si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te, et ipsum solum. si te audierit, lucratus eris fratrem suum. si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc 2 unum vel duos, ut in ore duorum vel trium legitur. "sicut omne verbum, quod si non audierit eos, dic Ecclesie. si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et publicanus." jam certum est primo, quod christus loquatur hic de peccato commisso, consequenter de re temporali, quia omnia peccata v.g. factum per facta externa et res temporales consumantur. certum est secundo

quod Eusebiam hic iudicem ultimum constituit
 unde statim adiunxit: // amen dico vobis, quocumque
 // alligaveritis super terram, erunt ligata et in
 // caelo: et quocumque solveritis super terram, erunt
 // soluta et in caelo. // et quia hic dicit, quocumque
 nihil excipit. quis ergo mirabitur, quod S. Paulus
 i. cor. 5. 3. // refertis, quoniam angelos iudicabimus,
 // quanto magis secularia? // quod multo sunt in-
 // feriora? Item dum Titum admo-
 // nere de sobrietate, de habitu, de obedientia
 mulierum et filiorum et servorum, ut abnegent
 impietatem et secularia desideria, quae omnia
 laevana sunt, tandem c. 2. 15. sic concludit: // hoc
 // loquere et exhortare, et argue cum omni imperio
 // nemo te contemnat // quid autem exhortari et
 arguere cum omni imperio aliud significat, quam
 hoc facere cum plura potestate et auctoritate?
 Contra hoc

N. 120.

ajunt nostri libertini, potestatem ligandi et solvendi
 non esse potestatem physicam sed moralem, quia
 ligatio et solutio peccati est quid morale. Dein nus-
 quam legi, christum in vita iudicem egisse circa tem-
 poralia, imo Luc. 12. 14. dum quidam de turba petiit, ut
 faciat, ut frater cum ipso dividat hereditatem, respondit.
 // homo, quis me constituit iudicem aut divisorem super vos?
 si ergo christus nunquam iudicem egit circa temporalia,
 quis credet, talem potestatem apostolis deesse, cum alias
 illos à mundo abstractos voluerit? item cum Joan. 6. 15.
 cum voluerunt eum facere regem, fugit in montem

ipse solus. Item Joan. 18. 36. ipse dicit: regnum meum
 non est de hoc mundo. si ergo regnum ipse non est
 de hoc mundo, quomodo potuit et voluit iudicare secularia?
 Denique etiam nobis legimus, tam christum quam aposto-
 los peccatores, peccatis temporalibus puniri. arguere,
 admonere, et increpare potuerunt, punire non potuerunt.
 simul quod attinet, nempe potestatem ligandi et solvendi
 esse tantum potestatem moralem non physicam. Dico, hoc
 verum esse, quia hoc potestas sunt et alia jura
 nil aliud est, quam concessio à christo Ecclesie pro con-
 cedita, se autem extendit ad physica. omne peccatum
 est dictum, factum vel concupitum, quod omnia sunt
 actiones reales et physica, quod in ipsa potestate in-
 cluduntur, quia potestas sine exercitio est inutilis
 et vana. dein christus hic non loquitur de solo peccato,
 sed ait: quodcumque alligaveritis et solveritis, ad
 2d quoad textus sui respondet ad 1m. quod christus hic
 bene responderit, quia fortassis in voluntate fratris solum-
 modo spectat, an hereditatem validè dividere vel non, et
 sic illi nullam vim inferre voluerit. dein bene sup-
 ponendum, hoc tamen efficere, quia ad utrumque frat-
 rem mox dixit: videte et caveate ab omni avaritia,
 quia non in abundantia cuiusque vita eius, est ex
 his quo possidet. ad 2dum quid christo quesivit
 ut à plebe eligeretur in Regem, quomodo etiam iam in
 sua natiuitate Regem iudeorum Math. 2. 2. salutarunt,
 et ipse à patre suo omnis potestas in celo et in terra
 collata fuerit. ad studitarum bene responderit,

N. 121.

Regnum ^{sum} non est de hoc mundo, quia iste non
 erat Rex terrenus, qui fuit tantum eius vicarij in
 hoc mundo, sed Rex caeli et terrae, Dominus quoque Domi-
 nantium, creator et conservator omnium rerum.
 venit quidem in hunc mundum Luc. 19. 12. ac ipse
 « sibi regnum » quod regnum non erat regnum
 terrenum, sed Ecclesia quam fundavit, et suo
 sanguine acquisivit. neque decebat ipsum, ut se
 mundo tanquam Regem Regum ostendat, « non
 enim I. Joan. 3. 17. » misit Deus filium suum in
 « mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur
 « mundus per ipsum. et omnis, qui credit in eum,
 « non perdat, sed habeat vitam aeternam. » et
 quia mundum à peccato liberare voluit modo
 contrario, quo illud commisitum fuit, sic etiam media
 contraria adhibere debuit, quibus peccatum deleret
 et justitiam primariam hominibus compararet.
 peccatum commisitum fuit superbia, voluptate carnis
 et concupiscentia oculorum, et per hoc tota
 natura humana in delerium commutata fuit.
 ut ergo imaginem Dei in homine iterum restitueret
 humilitate, passione et morte ipsa ista vitia
 vincere debuit tam in sua persona, quam ut etiam
 aliis exemplum probeat, quomodo ~~etiam~~ in se
 ipsi dicta vitia vincere debeant. quod non effec-
 it, si ut Rex terrenus comparisset. naret hic,
 quod S. Paulus I. cor. 2. 14. dixit: « animalis homo non
 « percipit ea, quae sunt spiritus Dei, stultitia enim est
 « illi, et non potest intelligere, quia spiritualiter

135
« examinatur, sicut olim Iudei fuerunt et credi-
derunt, crepam venturam, ut possideret regnum
Israele, quod cum maiestate et regia pompa facturus
sit, et ideo, quia in humilitate comparuit, illum
quererunt, sic et Rodie mundani Romani, qui ter-
rena tantum sapiunt, ipsum ut crucifixum imitari
perhorrescunt, quia vita ipsius illorum vivendi modo
est omnino contraria.

Licit igitur Christus non venerit, ut iudicet mun-
dum, sed ut salvetur mundus per ipsum, tamen
multa exempla habemus in Evangelis, quod ter-
rena iudicavit. Joan. 8. 3. Egimus, quod scriba
et pharisei mulierem in adulterio deprehensam
ad eum adduxerint, ut sententiam ferret, quâ
pena puniatur: ipse statim accusatores illius, per
hæc verba: « qui sine peccato est vestrum, primus in-
» eam lapidem mittat, confundens, mulierem
ab omni pena absolvit. item cum Matth. 22.
17. pharisei eum interrogarent, an liceat cesum
dare cesari an non? statim sententiam tulit:
« reddite ergo, quæ sunt cesaris cesari, et quæ sunt
» Dei Deo. » imò omnia verba ipsius erant senten-
tia: « erat enim docens sicut potestatem habens,
» et non sicut scriba eorum et pharisei. » Matth. 7. 29.

Quod addunt de panis, se ipsos fallunt nesi-
entes scripturam. an non Christus Luc. 19. 44. ci-
vitati Ierusalem suam interitum non tantum pro-
dixit, sed et inflexit, eo quod non cognoverit tempus
visitationis sue? an non Joan. 2. 15. flagello

N. 122.

N. 120.

ex funiculis vendentes boves et oves de templo
 ejecit? aut hanc potestatem non etiam Iesus
 apostolicus dedit? S. Paulus docet contrarium, ait
 enim 2. cor. 13. 10. "ideo hoc absens scribo, ut non
 x profens de viciis agam secundum potestatem, quam
 " Dominus dedit mihi. " sicut et antea 1. cor. 4. 21.
 eos cum virga minitatus est dicens: quid vultis,
 " in virga veniam ad vos, an in claritate et spiritu
 " mansuetudinis? quid virga hic aliud denotat
 quam poenam corporalem?

ut etiam ad actus ipsos veniamus: nonne Petrus
 act. 5. 1. ananiam et Saphiram propter fraudem de
 pretio agri et mendaciam subita morte punivit? an
 non Paulus act. 13. 11. Elymam ethnarchum, qui ei re-
 sistebat, caecitate percussit? an hoc non sunt poenae
 corporales? quin de aliis pluribus factis quae dicam,
 quod scriptura sacra adhuc refert, aut silentio voluit,
 quia non omnia scripta sunt, quae Iesus et apostoli fe-
 cerunt? Nec

dicat hoc facta fuisse per miracula; nam hoc non fe-
 cerunt per miracula sed per potestatem divinitus illis
 concessam; miracula enim sunt facta particularia,
 quae in ipsa potestate fienderent, nam sine potestate
 nemo miracula patrare potest. aut putas, mortem
 hanc et caecitatem aliam esse, quam quae ab hominibus
 infliguntur? erras. nam ananias et Saphira mortuo
 manebant, et ethnarchus coecus, ac si per carnificem occisi
 et aeter coecus factus fuisset.

138
N. 124

Hic igitur promissis inverte argumentum et dico:
cum Jesu Christo igitur, cum apostolis, cum SS.
Patribus universis loquimur, tam Romano Pontifici
tam Episcopis simul et seorsim sumptis com-
petere potestatem temporalem directam et indi-
rectam, quia hęc potestas omni legi est conformis
et omni tempore practicata fuit.

Imò plus dico: potestas spiritualis non potest
subsistere sine potestate temporali, quod sic in-
vincibiliter probò. qui debet alios ordinare ad
finem, debet etiam posse ordinare media ad finem
assequendum. atqui Sacerdoti Ecclesiastici debent
homines ordinare ad vitam beatam seu finem
assequendum, ergo etiam ^{debent} posse applicare media
ad illum assequendum.

Optime respondent hęc Libertini et dicunt: atqui
finis hic est spiritualis, et remedia debent esse
fini proportionata: ergo et hęc sunt tantum
spiritualia.

Sed quam ingratè ratiocinentur, patet ex hac
paritate. artis medicinae est finis est sanitas, ad
quam recuperandam aut conservandam medicus
debet adhibere remedia: sed cui applicare debet
sanitati aut infirmo? cave, ne primum dixeris,
nisi visus totius mundi te exponere velis. si autem
remedia infirmo applicanda sunt, illa debent esse
proportionata infirmitati et non sanitati, quod
primum ex usu remediorum sequitur. Ita à pari:

media ad vitam eternam assequendam non debent applicari fini, sed hominibus, ut per ea vitam eternam assequantur. jam media sunt ad hunc finem assequendum: „Declina à malo et fac bonum, psal. 36. 27. quod utrumque perficitur per actiones humanas: ergo si arolati tenentur homines ordinare ad hunc finem, debent etiam dirigere actiones humanas, quia homo per actiones suas aut virtutem exercet, aut vitia comittit. atqui tam virtutes quam vitia v.g. elemosyna et furtum sunt actiones personales, reales et temporales: ergo si arolati tenentur dirigere actiones humanas, debent etiam posse dirigere homines et res temporales. hoc autem directio non potest consistere, nec effectum suum sortiri per solam suasionem aut correptionem, quia homines experientia esse utroque à negotiis secularibus abstracti, et voluptatibus carnis magis quam salutis suae dediti, istas parum aut nihil curant, ut patet in iis, qui Luc. 14. 16. ad cenam magnam invitati fuerunt, et nemo comparere voluit, quid igitur restat? exi in vias et sepes, ait dominus, „serve, et compelle intrare, ut impleatur domus mea.“ si autem et compulsus proijctus, arolati debent etiam habere potestatem in personas et res temporales ut vitia extirpent, et virtutes implantent.

certum est igitur, potestatem Ecclesiasticam sine potestate in personas et res temporales subsistere non posse quia actiones humanae sunt partim spirituales, partim corporales, et ipse res temporales ad spiritualia or-

dicantur, ergo ad istam ordinationem pertinent.

Consequenter, quam ex hac propositione dicunt,
quod nimirum nec Papa nec Episcopi simul possint
exautorare Principem, non quadrat, quia aliud est
habere potestatem in secularia, aliud exautorare
Principem, quia tamen hoc questio jam diu in
mundo multum clamoris causavit, non abs re est,
illam quoque hic ad Iustinam vocare.

Potestatem temporalem Principum à deo ipso institutam
esse, nemo inficiabitur, ait enim S. Paulus Rom. 13. 1.
"non est potestas nisi à deo: qui autem sunt, à deo
ordinati sunt. itaque qui resistit potestati, ordinationi
dei resistit." Hoc autem intelligitur de officio, non de
persona, que vario modo ad honorem pervenire potest,
ut inferius videbimus.

grande est hoc officium et honorabile, minus tamen
quam istud, quod heretici et nostri libertini ei tribuunt.
Stoicus de ~~seculari~~ ordinatione cap. 2. n. 24. triplex
Dominium statuit, Eminentissimum, quod deus est in
omnes res creatas. Eminens, quod Principibus
tribuit, unde idem. Divinum Imperium cum Jove
habet, Cesar. et comune, quod deus omnibus homi-
nibus contulit. ne mireris, quod nihil de dominio
Ecclesiastico dicit, hereticus enim est, qui nullam
jurisdictionem Ecclesiasticam agnoscit.

Ex secundo eruit deinde ius majestaticum ex
quo Principibus omne jus in personas, consequenter
etiam in illarum res vel potestates personis
adscribit, et probat ex textu i. Reg. 8. 11. ubi Samuel

ait: Hoc erit jus Regis, qui imperaturus est vobis:
 // filios vestros tollet et ponet in curribus suis - -
 // agros quoque vestros et vineas et olivea optima
 // tollet - sed et segetes vestras et vinearum redditus
 // adducimabit. Sed hic auctor satis clare indicat,
 se non intellexisse scripturam facram. Samuel
 hic non promulgavit ex dei precepto jus Regis,
 sed prodixit, quomodo Rex abusus sui sua potestate,
 inde statim adiunxit: // et clamabitis in die illa.
 // a facie Regis vestri, quem elegistis vobis, et non
 // exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis
 // vobis Regem. // miror, hunc auctorem totum
 carnalem Deo adhuc dominium ~~esse~~ Eminenissimum
 concessisse, sed statim iterum retractat suam
 benevolentiam dum ait: Divisum imperium coforem
 habere cum Deo dominium, et magistratum summa
 et dei vicaria potestate supremum Numinis jus ex-
 equi. Sed unde probat hic auctor, Deum divisisse
 dominium suum cum Regibus huius mundi? men-
 daci illum arguit iste Deus, dum psal. 49. 12. ait:
 // meus est orbis terra et plenitudo eius. // et Christus
 ait Math. 12. 25. // omne regnum divisum contra se
 // desolabitur // quomodo ergo statit regnum dei, si
 cum Regibus divisum est? magistratus quidem
 vicaria potestate jus dei quidem exequitur, sed non
 ut Dominus, sed ut minister dei, et hoc iuxta legem
 ei prescriptam. Sic ipse Deus ait deut. 17. 16. // cum
 // Rex fuerit constitutus - et sederit in solio Regni
 // sui, describet sibi Deuteronomium Regis huius in
 // volumine, accipiens exemplar a sacerdotibus Le -

« vitio libus, et habebit secum, legatur illud
 « omnibus diebus vite sue, ut dicat timere do-
 « minum deum suum, et custodire verba et caeremonias
 « eius, quod in lege procepta sunt. nec eleuetur
 « cor eius in superbiam super fratres suos, neque de-
 « clinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo
 « tempore regnet ipse, et filij eius super Israel. »

Rex ergo non Dominus est personarum, non ei tradita
 q. sed minister Dei: est servitus subjectorum, sed tutela, de qua strictissi-
 mam rationem Domino reddere debet. sic enim sa-
 pientissimus Regum ait Sap. 6. 2. « audite ergo Reges
 et intelligite, disite iudices finium terrarum, probe-
 « aures vos, qui continetis multitudines, et peccatis
 « vobis in turbis nationum. quoniam data est a do-
 « mino potestas vobis, et virtus ab altissimo, qui in-
 « terrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur,
 « quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte
 « iudicastis, nec custodistis legem iustitiae, neque secun-
 « dum voluntatem Dei ambulastis. horrendi et cito
 « apparebit vobis, quoniam iudicium dispensum his,
 « qui profuerunt, fiet. » Sic etiam loquitur David psal-
 77. in fine: « elegit David servum suum, et suscepit illum
 « de gregibus ovium, de post falantes auxilium eum,
 « ut pasceret Jacob servum suum, et Israel heredita-
 « tam suam, et paravit eos in innocentia cordis sui,
 « et in intellectibus manuum suarum deduxit eos. »
 si ergo Rex tantum minister Dei est, cui incumbit
 pasceret gregem Dei, et de suo regimine strictissimam

rationem reddere debet, ipsius potestas est tantum
 potestas delegata, ubi est ergo ius majestaticum?
 majestas respicit solum penes Deum, et non quidem ipsam
 nisi quatenus imperium Dei ab hoc exercetur. et quia
 hoc exercitium non in arbitrio Regum stat, sed juxta
 legem Dei et justitiam fieri debet, sequitur necessario,
 ipsos tantum executores non dominos personarum esse.
 sic quoque S. Paulus ait Rom. 13. 4. 11. Princeps Dei mi-
 nister est tibi in bonum. si autem malum feceris, time.
 non enim sine causa gladium portat, dei enim minister
 est, vindex in iram eius, qui malum agit.

743

N. 126.

Si ergo Rex tantum potestatem delegatam et caris
 legibus restrictam quomodo poterit habere ius maje-
 staticum in res et bona hominum sibi subjectorum?
 Rerum proprietates et dominia jure naturae, et gentium
 instituta, et à deo postmodum confirmata sunt, adeo
 ut sine espone rationem jurem nemo invitus pro pri-
 vari possit. sane si Reges jus haberent in res suorum
 subditorum omni justitia, verditio, emphio, hereditas
 et omni contractus et juramentum cessaret, et nemo
 dicere posset, se aliquid jure, iusti et propriè possidere,
 et unde Reges hoc jus postulare possunt? omnis terra
 et plenitudo eius Dei est, qui hoc omnia omnibus ho-
 minibus, prout voluit ad conservationem suam Regi
 sicut et calicis tradidit. si ergo Rex non est dominus
 terrae, qui poterit habere jus in bona terrae? sed
 ajunt: quia homines Regi subditi sunt, ergo etiam
 bona illorum tanquam aeterna illi subiciuntur.
 ad deo ergo: homines ibi subditi sunt, id est, tenentur
 ei obedire et eum honorare, quia minister Dei est,

N. 127.

¶ in personas habet,

sequitur eandem quod etiam jus in bona habeat?
 quivis servus et ancilla dominis suis subiecti sunt,
 an ergo propterea dominus habeat etiam jus in illorum
 bona propria? hoc tantum verum est, si subiti bona
 sua ex probris domini auferunt, sicut si aliunde
 adquisiverunt. Non desunt Plauditores, qui hoc
 dominis bonis ex hac ipsa ratione imaginaria per-
 suadent, sed deus longe aliter loquitur Ezech. 46.
 16. ubi ait: "non accipiet princeps de hereditate
 "populi per violentiam, et de possessione eorum,
 "sed de possessione sua hereditatem dabit filiis suis,
 "ut non dissipetur populus meus unusquisque a
 "possessione sua." exemplum habemus in Rege achab
 2. Reg. 21. qui vi justo Naboth vineam suam abstulit,
 cui Elias ex precepto domini statim dixit: "in loco hoc
 "in quo lineaverunt caes sanguinem Naboth, Lambert
 "quoque sanguinem suum."

N. 128.

Habent quidem principes jus circa bona feorum
 subditorum, ut ea conservent, et tueantur, atque circa
 ea iustitiam administrent, aut in bonum commune
 convertant, ac etiam suam sustentationem ex eis
 petant, ideo enim: ait S. Paulus Rom. 13. 6. "et tri-
 "buta prestatis, ministri enim dei sunt, in hoc ipsum
 "servientes. reddite ergo omnibus debita, cui tributum
 "tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem,
 "cui honorem honorem, nemini quicquam debeatis."
 in bona autem ipsa Rex nullum jus habet, quia non
 sunt Regis sed alterius proptia.

Quid autem et quales Rex tributa populo imponere
 possit, scriptura non refert, nec necum est hanc materiam

Ree d'habere. Et certum est, quod inpositio tributorum

semper propter bonum commere et secundum iustitiam

feri debet. ⁹⁹ quoniam iustitia firmatur solum ^{RR} et

misericordia et veritas custodiant regem, et roboratur

« clementia thronus eius. » nec se tam facile à suis

« ministris sedare permittat. Roborem defecto senum

« consilio sequens consilium juvenum aggravat. »

« Balisus filius rei sic perdidit decem tribus de regno suo. 3. Reg. 12. »

« Longe aliam doctrinam praeceps Rex Josephus 2. par. p. »

« 19. 5. suis ministris dedit: » videte autem, quid faciatis, »

« non enim hominum exercetis iudicium, sed hominum, »

« et quodcumque iudicaveritis, in vos redundabit. »

« Timor Domini vobis cum, et cum diligentia curata »

« facite: non est enim quod dominum deum vestrum »

« iniquitas, nec personatum acceptio, nec cupido »

« munerum. » quae verba unicuique ministro admonitioni

« sunt. »

« Effugit Imperium temporale nil aliud quam »

« potestas à deo principibus collata populum in rebus »

« temporalibus iuxta iustitiam et leges divinas regendi. »

« Nunc quaestio unica superest decidenda, an Imperium »

« temporale Imperio Ecclesiastico subiectum sit, cum »

« istud sit tantum potestas delegata, et iuxta leges »

« divinas exerceri debeat? »

« Libertini nostri contrarium tenent, et dicunt: quod »

« ciuitas in ordine ad proseguendum finem sibi proprium »

« sit societas ab Imperio Ecclesiastico prorsus libera, »

« et quod Princeps in rebus temporalibus, quatenus »

« temporalia sunt, ante Imperio Romano subdit. »

99 prou. 15. 12

RR prou. 20. 28.

N. 129

N. 130.

SS Rom. 14. 7.

Hoc vera est, si homo proficere propter bona temporalia creatus fuisset, et non finem excellentiorem inquirere deberet, at quia ad vitam eternam creatus est, et ad illam asequendam omnes actiones suas eo dirigere debet, ut ait apostolus i. cor. 10. 31. "sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quod facitis, omnia in gloriam dei facite." ^{SS} quia nemo sibi vivit, et nemo sibi moritur, sive enim vivimus, domino vivimus, sive morimur, domino morimur, et deo soli favore debemus, sic civitas nullum proprium finem habet, nisi prolevedere velit, omnes cives veras sapientia esse, quod solummodo propter bona temporalia creata sunt. si ergo omnes actiones temporales ad finem spirituales dirigere debent, et Ecclesia est, has actiones ad dicitur finem dirigere, quomodo ergo civitas non erit subiecta Imperio Ecclesiastico?

Faleor, unumquodque Imperium habere specialem finem, temporale felicitatem temporalem, spirituale felicitatem eternam. sed quia iuxta preceptum christi: "quod sit primum regni dei et iustitiam eius, et haec omnia adjiciantur vobis," felicitas temporalis per spirituales comparatur, ut David psal. 36. 25. ab experientia testatur, dicens: "junior fui, dominum venerationis, et non vidi iustum devolutum, nec semen eius querens panem, quia in benedictione erit." hinc felicitas temporalis spirituali merito subordinatur, et subordinari debet, quare et ipse princeps suis legibus civiles populum sibi subiectum ita regere debet, ut ipse finem suum primum asequatur. ex quo sequitur, Ecclesia potius ius cavendi competere

ne contra Imperium spirituale et felicitatem aeternam princeps aliquid statuat, quam principi, ne Ecclesia in damnum felicitatis temporalis aliquid ordinet, cum majus damnum relicto minore sit semper potius advertendum.

Igitur civitas ab imperio Ecclesiastico fore nunquam potest esse libera, quia omnes actiones suas ad superiorem finem dirigere debet, qui finis imperio Ecclesiastico subest, quia civitas tam legem, quam et remedia ad finem hunc assequendum accipere debet. Totus error consistit in hoc, quod nemo fore cogit, quod non sit creatus ut mundo, sed solum deo serviat, ut salutem suam consequatur. et quia mundus cum suis voluptatibus magis avidus quam doctrina Christi, et tamen Christiani esse volunt, ideo duo imperia statuant, ut sub potestate obedientis utriusque debita potius mundo quam deo servire valeant, quod tamen Christus ipse impossibile effatus est dicens: nemo potest deo servire et mammon. hoc duo imperia inter se quidem distincta sunt quoad res et actiones, sed quia utrumque iuxta legem Evangelicam ad unum finem dirigi debet, utrumque in fine convenit. qui finis cum sit finis religionis Christianae, et hanc Christus ipse sub Ecclesia regendam tradidit, sequitur necessario quod utrumque potestati Ecclesiasticae subest. unde ad id quod addunt, quod princeps in rebus secularibus nulli Imperio humano subest, dico hoc verum esse, quatenus temporalia sunt, sed non quatenus ad finem spirituales

diriguntur. et quare hoc paradoxum videatur? Prin-
cipis qua Princeps nulli imperio humano subest, subest
tamen imperio Ecclesiastico quia Christianus, cui se
ipsum accipiendo fidem et Religionem subiecit, cuius
regimen non ad ipsum sed ad Ecclesiam spectat.

His itaque promissis facilis est responsio ad istam
questionem, an Summus Pontifex vel Episcopus Regem
quempiam ex auctoritate possint nec non; nam cum
quivis Rex ut Christianus potestati Ecclesie subiectus
sit, quare Superior inferiorem caris ex rationibus
ex auctoritate non possit? Demonstratio sequitur.

Omnis Rex ad thronum elevatur vel per heredi-
tariam successorem, vel per electionem divinam vel
humanam: sed in neutro casu Rex est in auctora-
bilis, quod sic probo:

Salomon successit patri suo David in regno iure
hereditario, quod et ipse deus confirmavit, at ut thronus
eius sit solidus, ait David 3. Reg. 2. 4. ad eum: "ut con-
" firmet dominus sermones suos, quos locutus est de
" me dicens: si custodierint filij tui vias suas, et
" ambulaverint secundum me in veritate, in omni corde
" suo, et in omni anima sua, non auferetur tibi
" vir de solio Israel." ergo soliditas throni promittitur
tantum sub conditione " si custodierint ceremonias
" eius, et precepta eius, et iudicia et testimonia."
et hoc ex parte dei. Dein non est regnum aut pro-
vincia, quod non habeat sua specialia, privilegia, con-
suetudines bonas, quas populus a Rege
observari vult, et sub hac conditione eum ut suum
Regem agnoscat, et quantum conservationem Rex ipse

aut Romagio promittit, aut jure illas conservare
 tenetur, cum omnis hereditas cum onere in successorem
 transeat. si igitur Rex has conditiones, et fidem datam
 frangit, an non poterit fides frangi eidem? sane sic
 fecit Deus et populus Israel. // dixit Dominus Salomoni
 3. Reg. 11. 11. // quia non custodisti pactum meum, et
 // praecepta mea, quae mandavi tibi, disrupers fundam
 // regnum tuum, et dabo illud servo tuo. // et decem
 // tribus 3. Reg. 12. 16. a filio suo Roboam defecerunt,
 et Jeroboam sibi Regem constituerunt.

A fortiori hoc dicenda sunt de Regibus electis
 sive divinis sive humanis, ubi eodem conditiones
 adsunt, et finis ex S. Scriptura Deum propter in-
 obedientiam aliq. scelera Saulen electum et alios
 huius generis Reges per prophetas suos abjicere et
 Regno privasse, et qui paululum in Historiis versatus
 est, videt, populum Reges et imperatores à throno
 dejecisse, aliosq. Reges sibi abjicere. // Regnum à gente
 // in gentem transfertur. // ait Sydrich Eul. 10. // et propter in-
 // justitias et injurias et contumelias et diversos dolos.
 // -- sedes duorum superborum destruxit Deus, et sedere
 // fecit mites pro eis. // et Eul. 4. 14. // de carcere, calenisq.
 // in regnum quis egredietur ad regnum, et alius qui natus
 // in regno inopia consequitur. //

ajunt: olim quidem sic fuisse, sed hodie tale procedere
 non amplius eorum habere, quia agitur de jure om-
 nium Regum, qui non patiatur unum solum falis
 privari. at quæro ego, an non et hodie vivit anti-
 quus Deus? aut hodie Reges ipsum inermem fecerunt?

nil minus: vivit adhuc antiquus deus, de cuius
 nutu dependet omnis rex, sicut etiam nil novi est
 quod populus Reges Tyrannos de solio deiecit.
 At de ista sententia, sed questio adhuc non est decisa,
 an Reges vel suspensi possint Regem solio privare.
 pro quo sic dicit: nonne omnes Reges Christiani
 coronam et unctionem ab Ecclesia accipiunt? / sicut
 hic non est de his, qui foris et extra Ecclesiam sunt,
 illos enim deus iudicabit 1. Cor. 5. 12. / Jam corona
 Regia est signum benedictionis divinitus et glorie divi-
 nis Eius 47. 7. unctio autem est signum potestatis
 ei a deo concessa. Iesse Ieremias 1. Reg. 10. 1. / Unxit
 autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput
 Saul, et deasulatus est eum, et ait: cue unxit
 te dominus super hereditatem suam in principem,
 et liberabis populum suum de manibus inimicorum
 eius, qui in circuitu eius sunt. et hoc tibi signum,
 quia unxit te deus in principem. / si ergo Reges
 Christiani benedictionem divinam, et gloriam et potestatem
 Regiam a deo confirmatam accipiunt ab Ecclesia,
 quare ab eadem Ecclesia hoc dona, si ipsos indignos
 et sedifragos inveniant, iterum auferri poterunt?
 deus per eundem Samuelem Saulum deposuit, per quem
 eum in Regem unxit, an ergo similem potestatem
 Ecclesia non habeat, cui tamen Christus multis ma-
 iorem potestatem concessit quam olim prophetis,
 nempe quodcumque ligandi et solvendi, quod voluerit?
 Dein non legitur quemdam Pontificem aut Episco-
 pum Regem aliquem de solio deposuisse, quod etiam

uestra uires suas, bene tamen illos solij indignos de-
 clarare, et populum ipsi subiectum à fide data ab-
 soluere, et hoc non fit in potestate eorum? Sed crimina,
 quod tales Reges perpetrarunt, sunt quæta signa ini-
 micis Dei, et quod à Deo ipsi abiecti fuerint, quod
 obest ergo, quod Pontifex illos non possit throni in-
 dignos declarare? Pontifex potest illos excommuni-
 care, et ab Ecclesia eijcere, quæ maior pena est,
 quam throno indignum declarare, si ergo potest quod
 maius est, cui non et minus? potest, quia Reges
 excedunt, potest, Dei est, si ergo hoc potestate
 abutuntur in summum depositum Dei et Ecclesie eius,
 si ergo Deum ipsi sacrilegi fuerint, an Ecclesia
 non tenetur illos ut à Deo abiectos declarare? non
 quæ est hic specialis reuelatione, quia Christus in
 sua Ecclesia non amplius loquitur per prophetas,
 sed per apostolos suos: "qui uos audit", ait Luc. 10. 16. "
 me audit" et qui Ecclesiam non audit, fit tibi
 "sicut Ethnicus et publicanus" Math. 18. 17.

Quod absolutionem à fide data atinet, miror est
 hic difficultas, quia fide à Rege facta, fides ex
 parte populi, per se cessat, quia correlatum abest,
 quia autem non unicuique in populo hic iudicare,
 licet, et fides data iuramentum fit, cuius inspectio
 et iudicium ut pole rei spiritualis, an valeat, vel non
 valeat, ad sacerdotes pertinet, ideo, ut unusquisque
 in conscientia saluus sit, publica auctoritate
 hæc declaratio fieri debet.

152
N. 103

opponunt: Potestas Regia Regi non conferitur per coronationem, quod mera est ceremonia, sed per electionem, aut hereditariam successionem, quia multi principes inferiores hanc potestatem exercent, quin coronati fuerint.

R. per Electionem acquirit electus quidem jus ad thronum, sed per coronationem, per traditionem sceptri et gladij imittitur actualiter in possessionem, et per unctionem Deus ipse eum in principem confirmat, et specialibus donis corroborat, ut facit textus 1. Regum 10. 9. adde Saule ait: et itaque cum auersisset humerum suum, ut abiret à Samuele, imitavit ei Deus cor aliud, et venerunt omnia signa hinc in die illa, quae Samuel ei praedixerat. coronatio itaque non est mera ceremonia, sed actualis imitatio in potestatem regiam, à deo ipso instituta. 3. Reg. 19.

Longè aliter inferiores principes hanc potestatem exercent, quoniam non immediate à deo, sed ex conceptione principum suorum auferunt, adhaec eorum nomine exercent, ut patet in Imperio Romano, ubi facti omnes principes sunt feudales Imperij, et Imperatorem ut suum dominum agnoscere debent, sive principes facti hereditarij sive electivi, quia utraque potestas à summo principe venit. sed

N. 104.

Quod si Regia potestas à deo est, et per unctionem à deo confirmatur, quis potestatem hanc in Regibus acatholicis, qui hanc unctionem non habent, confirmat? R. Quia officium regale à deo institutum est, et

ab homine exerceri debet, potestas manet quidem quod
quemcumque possidentem, hic autem dicere non potest,
se esse à deo confirmatum, nec alia dona percipit,
quo alius deus per hanc unctionem christianis Regibus
largitur. et hoc dicta sufficiant.

Ut autem uno inhibito huiusmodi de potestate
spirituali et temporali clarius perspiciantur, nunc
paucis dabimus, quod sunt cofaris cofari, et quod sunt
dei deo.

utraq; potestas spiritualis et temporalis à deo in-
hibita est, sed una est major altera. quo propin-
quior quis Regi est, eo nobilior habetur eius officium:
et quo nobilior est finis, propter quem quis agit,
eo majores estimantur eius actiones. jam ab his dabitur
potestas spiritualis temporali est nobilior et major,
quia circa ipsum deum et in persona christi exercetur,
et hoc propter maximum bonum nempe vitam eternam
ubi contra temporalis non nisi circa res terrenas et
transitorias, et propter bonum temporale versatur.
ergo potestas spiritualis multo nobilior est temporalis.

Sed est etiam major, potestas temporalis se extendit
tantum ad hoc vel illud regnum vel provinciam,
contra spiritualis ad totum orbem et quidem equali-
ter: „ Euntes in mundum universum predicale
Evangelium omni creature“ Marc. 16. 15. imò se extendit
ad ipsos principes seculares christianos, quia in oculis
christi oves sunt sicut credentes, et non pastores, et
in temporalia ipsa, quia per temporalia finem nostrum
id est vitam eternam promoveri debemus, si ergo ad
hunc finem dirigere debent, et hoc directio ad potestatem
spiritualiter pertinet, et ipsa temporalia ei subiecta sunt.

ut ergo uno verbo omnia dicam: homines ut
cives subfunt potestati temporali, ut christiani
Ecclesiasticis.

Repropositiones ad objectiones

De Jure Principum circa decreta Ecclesiastica.

N. 156.

Unicum hic punctum resolvendum est, nimirum
quod jus placiti Regij se extendat ad omnia decreta
Ecclesiastica tam dogmatica quam disciplinaria, quia
nullum decretorum Ecclesiasticorum est, unde mali
civilis periculum non sit timendum.

Si hi libertini per jus placiti Regij nil aliud intedi-
gerent, quam quod talia decreta ante publicationem
Principibus ad inspicendum transmittantur, libenter hoc
dictum concederem, quia ipsorum fide est, quid ipsi et
populus credere debeant. verum quia per hoc jus Ecclesia
Catholica omnem potestatem sustulere conantur, ut
eam potestati temporali attribuant, hoc propositio non
tantum est falsa, sed et haeretica, quia ex ipsis Principibus
haereticorum decreta est. quosq: quis est auctor ultor magis
decretorum dogmaticorum et disciplinarium, nonne christus,
qui primus docuit, quid credere, et prout quisq: secundum se
et cum proximo gerere debeat? cui post se regimen sua
Ecclesia reliquit Principibus dicens? nullatenus ait S.
Paulus ad. 20. 28. sed apostolis et eorum successoribus;
« attendite! sunt verba ipsius ad majores natu Ecclesie Episco-
pales et universo gregi, in quo vos spiritus Sanctus posuit
et Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivistis sanguine

„Suo“ si ergo Episcopi Ecclesiam regere debent, necessario
 etiam debent posse condere decreta dogmatica et discip-
 linaria, quia per hoc Ecclesia regitur. iterum: decreta
dogmatica debent esse infallibilia et perpetua, quia in
 revelatione divina fundantur: cui autem Christus
 sua mysteria revelavit: suam assistentiam promissit
 et spiritum Sanctum promisit an Principibus terrenis aut
 suis Ecclesie? nonne ~~Episcopi~~ Ecclesie? „vobis datum est
 /: ait Math. 13. 11: /: nosse mysteria regni Caelorum, illis
 „autem non est datum.“ Math. 23. 20. /: ecce ego vobis
 „cum sem omnibus diebus usque ad consummationem
 „seculi.“ Joan. 14. 16. /: et ego rogabo Patrem, et
 „alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum
 „in aeternum, spiritum veritatis, quem mundus non
 „potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.“
 si ergo decreta dogmatica debent esse infallibilia,
 et Principes terreni hoc dona non habent, quomodo
 ergo jus placi Regij se ad illa extendere poterit?
 an non potius hoc jus placi Ecclesie competat
 quibus Principes terreni aliquid contra dogmata
 fidei statuerent?
Decreta disciplinaria possunt quidem pro circum-
 stantibus temporum mutari, sed quia et ista pro fine
 habent vitam aeternam, et sic ad regimen Ecclesie
 pertinent, atque sacris scripturis conformia esse debent,
 cuiusmodi donum intelligendi scripturam Christus
 iterum dedit nisi suis apostolis. „hunc querunt illi
 / sensum, ut intelligerent scripturas.“ Luc. 24. 45.
 per amorem dei: quis unquam christianus tam impie

contra quædam scripturam facram loqui et docere
 audeat. Denique an non Eclesia à tempore quæsto.
 locum usque in hodiernum diem utraq; decreta abq;
 consensu et assensu principum secularium semper in
 omnibus conciliis condidit, et unus aut aëter homini-
 verbius eam à possessione ponere tentet? causa huius
 libertatis est quæta: jugum christi hinc carnalibus
 hominibus nimis durum videtur, et quia Eclesia
 eos suis decretis sub hoc iugo retinet, hinc ea ut
 felicitatis terram damnosa prohibent, et pro-
 yciunt, ut vultatibus suis liberius vacare valeant.
 ex hac ratione, si eis christus ut Rex illorum, cui
 obedire debeant, proponitur, in promptu respondent:
 « non habemus Regem nisi Cæsarem. » Joan. 19. 15.

Ad facta Ferdinandi III. et Leopaldi dico, bene
 hos principes inspectionem horum decretorum ante
 promulgationem petisse, quia hoc principem dicit
 at talia decreta corrigere aut omnino invalida
 declarare in ipsorum potestate non est, quia et ipsi
 Eclesia præsertim in dogmatibus fidei obedire le-
 ventur. De principibus infidelibus et acatholicis
 hæc quæstio non est, quia sunt extra Eclesiam
 et consequenter illius potestati non subijciuntur,
 sicut etiam de aliis decretis Eclesiæ, quæ fidem
 aut disciplinam non pro fine habent.

~~Ex hac propositione deinceps nostri Libertini adhuc
 aliam sequelam, quam silentio prætere non possumus~~

N. 157.

Ex hac propositione deinceps nostri Libertini adhuc
 aliam sequelam, quam silentio prætere non possumus

nempe. Eclesiam jure proprio non posse statuere im-
pedimenta matrimonij vel dirimentia, vel impedientia,
et quod fecit hoc factum ex consensione principum fecisse,
et sic ratiocinantur: quod potius princeps facere in re-
ligione naturali, hoc etiam potest in religione revelata,
quia hoc illam non suffulit, atque in religione naturali,
solum princeps potius facere impedimenta matrimonij: ergo
etiam in revelata.

Mirandum, ubi scolares, hi iam elegantem logicam
didicerint. semper ratiocinantur, et semper contra rati-
onem: in omnibus se fundant in lege naturali, et non
intelligunt, quid sit jus naturale. videtur ipso semper
formare, et quid quid ipso plantasia, prout hoc pro
veritate vendunt: ut autem illorum formia magis paleant.

Dico verum esse, Religionem revelatam naturalem
non suffulisse, bene tamen per novas leges perfectas,
quas homo christianus modo solummodo sequi debet.

In religione naturali matrimonium consistebat in
solo contractu naturali aut etiam Romano, in re-
ligione revelata est etiam sacramentum, unde in
hodierno matrimonio tria invicem distincta con-
sideranda sunt. 1mo contractus naturalis, 2do civilis,
3tio sacramentum.

Contractus naturalis procipe pro fine habet generationem
prolis, cuius forma consistit in his verbis: ego duco te
in virum, ego duco te in uxorem, materia autem in
mutua traditione corporum. qui contractus utrumque

N. 158.

conjugem ex institutione divina ita ligat, ut matrimoni-
 um insolubile reddat, quam insolubilitatem Christus
 Matt. 19. de novo confirmavit dicens: "quod ergo Deus
 conjunxit, homo non separet." Quid ergo vincit cum
 hoc contractu, quem Deus ipse confirmat? an illum
 vitare aut impedire poterit, proferat cum in unius-
 cuiusque naturali libertate sit, nubere vel non nubere?

Contractus civilis potest pro fine haberi bona tem-
 poralia, quo conjuges ipsi vel eorum parentes de-
 sponsandis promittunt et quia hoc sunt bona civitatis,
 circa ea ab ipso debet vincit disponere habet.

Sacramentum quod attinet, plura hic dicenda veniant.
 fortassis libertatis nostri matrimonio etiam dignitatem
 abnegant juxta morem hereticorum, sed paucis istos docemus
 remitto. omne sacramentum est signum visibile gratiae
 hominem sanctificantis. v.g. in baptismo signum visibile
 gratiae sanctificantis, est ablutio exterior, adeo ut sicut
 per abluitionem corpus a labe corporali mundatur, ita
 anima intus a maculis peccati purificetur. at simile
 visibile signum habemus in matrimonio. S. quod apostolus
 Paulus Ephes. 5. 32. ait: matrimonium sacramentum
 aut mysterium magnum est, quia conjunctio sive con-
 positio, sive animorum conjugum, sit figura conjuncti-
 onis Christi cum sua Ecclesia: jam conjunctio Christi cum
 sua Ecclesia sine gratia fieri non potest, quia "qui adhaeret
 domino, unus spiritus est." 1. Cor. 6. 17. si ergo matrimonium
 est figura conjunctionis Christi cum Ecclesia, debet etiam
 esse figura gratiae, alias non esset figura, unde et idem
 apostolus 1. Tim. 2. 15. ^{ait.} "salvabitur mulier, per filiorum gene-

rationem si permanferit in fide q̄ quod doctrina etiam
à tempore Apollodum constans doctrina fuit, ut ex
Concilis et SS. Patribus videre licet, quare hic plura
argumenta afferre superfluo. vide plura inferius.

N. 199.

Si autem matrimonium in lege nova simul est
Sacramentum, longe aliter de illo loqui debemus, quan
de matrimonio in lege natura. in lege natura matri
monium vi contractus et institutionis Divinae erat quidem
matrimonium legitimum et ratum, sed non sacramentum,
et etiam non potest esse legitimum, quin contrahentes
suscipiant sacramentum: ergo matrimonium est sava
mentum sicut duo distincta res, consequenter sacramentum
debet etiam habere distinctam materiam et formam.
et quia in omni sacramento signum visibile est materia
et forma verba, per qua materia elevatur ad sacramentum
ut patet in Baptismo, ubi per verba: ego te baptizo
infusio aquae ordinatur ad baptismum, sic etiam hic
conjugatio corporum est materia, et forma verba
conjugantis: ego vos coniungo, vel promissionem vestram
ratifico in nomine Patris et filij et spiritus sancti.
Matrimonium ergo est Sacramentum sicut duo distincta
res, quarum quilibet suos distinctos ministros habet.
matrimonium sicut matrimonium per solum contractum
et traditionem corporum, adeoque ipsi contrahentes sunt
minister: quia autem Christus tantum proptolus et
sacerdotes ut ministros et dispensatores mysteriorum dei
constituit, ut ait S. Paulus 1. cor. 4. i. sic etiam tantum
hi huius sacramenti ministri esse possunt. hinc merito
exploditur ista fabula, quod Baruchus filius tantum dicit et

et non ministri. Sed
 aiunt: nova hæc est doctrina quæ quid catholicos
 Theologos vix invenitur, ergo non est sequenda, at
 Errant et vel maxime errant hi Scoterici, respicientes
 Doctrinam antiquissimam et constantem Eclesiæ.
 Concilium Nicenum sub Constantino Magno celebratum
 omni tempore pro Regula fidei habitum fuit. hoc
 autem in decretis ex quatuor Regum ad Constantinum
 libris missis quid Marci collect. Concil. Tom. 2. fol. 1096.
 cap. 6. de benedictionibus nuptiarum sic loquitur:
 ¶ Exigit Deus ab omnibus christianis tam viris quam
 ¶ mulieribus, ut matrimonia sacris celebrent bene-
 ¶ dictionibus et precibus, quoniam hæc mediantibus
 ¶ licita sit virorum et mulierum copula. quam ob
 ¶ rem à sponsalium celebratione usque ad nuptiarum
 ¶ benedictionem potest sponsus ac debet sponsa servituli
 ¶ exhibere obsequia, eam invisere et consabulari,
 ¶ ad conversationem eius suis nequaquam, quia dmi-
 ¶ nime licitum est ante nuptiarum celebrationem,
 ¶ quod sit benedictionibus, precibus et virginali in-
 ¶ coronatione. quod et itaq; tam viros quam mulieres
 ¶ casta et pura habere corpora coram deo, cum ad
 ¶ nuptialem accedant benedictionem, nuptiabusque
 ¶ coronas, ne erubescant in conspectu dei, tanquam
 ¶ falces et impuri, sed sint velut angeli dei, ut des-
 ¶ cendant in eos omnis gratia et benedictiones consequantur

in filiis suis & suorum femine, et perpetuo permansit in
 ipsis celestis et divina gratia.

Cum igitur dicat hoc concilium: exigit deus ab
 omnibus christanis tam viris quam mulieribus, ut rati-
 monia facris celebrent benedictionibus et precibus, quoni-
 am si sine mediis licita sit virorum et mulierum
 copula, dicit etiam quod matrimonium sine benedicti-
 onibus celebratum inter christianos non sit matrimonium
 ratum, quia sine illi copula est illicita. et quare hoc
 propter sacramentum obiectum, quod per benedictiones
 et preces confirmatur, et per quod ipsum matrimonium
 a deo confirmatur et gratia conferatur. quod ut melius
 intelligatur, advertendum, quod deus in institutione
 matrimonij ille ipse fuerit, qui conjuges conjunxit,
 juxta illud christi: quod deus conjunxit, homo non
 separet. in lege autem nova, in qua christus omnem
 suam potestatem suis ministris concessit, et ipsam
 gratiam suam sacramentis annexit, hoc conjunctio
 fit per ministros christi, qui in nomine patris et filij,
 et spiritus sancti desponsandos conjungunt, aut eorum
 contractum approbant, et confirmant, ex qua confirmatione
 deinde matrimonium fit ratum et copula licita. sed
 quid, si quis sacramentum non vult suscipere, aut ei
 officem ponit, aut coram sacerdote omnino non contrahit,
 est propterea tale matrimonium omnino nullum
 aut factum non ratum et legitimum?

Et cum apostolus dicat 1 Cor. 7. 32. matrimonium ratum

N. 140.

esse sacramentum in Christo et in Ecclesia; igitur
 contrahentes extra Ecclesiam non suscipiunt sacramentum
 sunt et illi, qui nolunt sacramentum suscipere, sed eorum
 matrimonium fit tantum legitimum in contractus
 naturalis, et institutionis Divinae: qui autem gratis tan-
 tum obicem ponunt, illo sublato hoc iterum reviviscit
 sicut in aliis sacramentis.

Pariformiter loquitur etiam concilium Tridentinum
 Sess. 24. de Refor. mat. cap. i. in decret. ubi ait: qui a lator
 «quam presente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi
 «sive ordinarij licentia et duobus vel tribus testibus
 «matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus
 «ad hoc contrahendum omnino inhabiles reddat, et
 «huiusmodi contractus irritos et nullos decernit, prout
 «eos presenti decreto irritos facit et annullat.» Jam
 an hic Parochus est tantum Sacerdos? non. «procipitur
 «Benedictiones à proprio Parocho fieri - et nuptio eorum
 «conferri in tebeo vel dicat: ego vos in matrimonium
 «conjungo in nomine Patris et filij, et Spiritus Sancti, vel
 «aliis utatur verbis juxta ritum uniuscuiusque
 «provinciae ritum.» Jam, qui potius concilium con-
 tractum naturalem sine Benedictione Parochi irritum
 irritum declarare, et precipere, ne conjuges ante bene-
 «dictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in
 «eadem domo cohabitent, nisi crediderit, per hanc bene-
 dictionem contractum naturalem primum ratificari.

et copulam licitam fieri? quomodo ergo doctrina
scholasticorum subsistere poterit, si doctrina Ecclesie
comparatur? manet igitur matrimonium inter christi-
anos Sacramentum esse, per quod eis conferitur gratia
et benedictio, et illorum contractum primum per
hereditiones confirmari, et hoc verum et unicum
eius minister esse.

Si autem sic se res habet, quid sit in eo cum sacra-
mento? quomodo Ecclesia tantum ex consensu prin-
cipis potest impedimenta statuere? quis primum ali-
qua impedimenta matrimonij statuit? nonne deus
ipse Levit. 18? ubi autem hanc potestatem principibus
concepit? in nova lege erat Joannes Baptista
primus, qui de matrimonio quid statuit, dum Marc. 6.
18. Regi Herodi dicebat: non licet tibi habere uxorem
fratris tui. dein Christus, dum Math. 19. 8. sustulit
libellum repudij, et matrimonium indissolubile declara-
vit. denique S. Paulus 1. Cor. 7. 15. ubi pars fidelis, si
altera pars infidelis illi colabitare non potest, concessit,
alteri nubere. quam potestatem ibi Paulus ait, se
a Domino accepisse v. 10. circa ea, quae matrimonium
tangunt, et ideo Ecclesia eam semper retinuit, et
exercuit. Primus inter sumos Pontifices fuit
Caligula, qui anno 217. vixit, quique in Epistola 2. ad
Episcopos galias matrimonium inter consanguineos pro-
hibuit, ubi ait: talium enim conjunctiones nec legitime
sunt, nec manere possunt, sed sunt repedenda. et si quo

N. III.

ausu temerario attentato sint, auctoritate apostolica revocando veniant. hunc factum est concilium Nicenum supra citatum, quod cap. 2. quosdam gradus consanguinitatis et affinitatis statuit, in quibus matrimonium prohibetur. quod et plura alia concilia et ultimo Tridentinum Sep. 24. fecerunt, et can. 4. statuit: || si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta matrimonialia, vel in eis constituendis errasse anathema sit. ||
 Jam quæro ego, an hæc concilia vel pontifices unquam ab Imperatoribus vel Regibus licentiam petierint, talia impedimenta statuendi? ubi proba? ubi exemplum? Semper à deo hæc potestatem accepisse crediderunt, et patet ex mox citato canone Tridentini.

Verum est, Imperatores et Reges gentes, ante legem Evangelicam multa circa matrimonia statuisse, sed hoc mirandum non est, quia nullam legem habuerunt, et sibi ipsi lex fuerunt, verum est etiam quod ipsos postea Imperatores et Reges christiani fecati fuerint, sed Ecclesia semper eas tantum sub quibusdam conditionibus validas declaravit, ut ait Calistus papa in Epistola supra citata: || leges humanas rationi et honestati non repugnantes esse amplectendas, censemus, || profertim ubi Reipublicæ consulunt utilitati, vel Ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendendæ, atque pro adminiculo fuerint. || si factus Ecclesia eas non recipit sed condemnat. ita S. Augustinus lib. i. de Supt. et conc. cap. c. 10. inquit: || stercilem conjugem fas non est

" relinqueret, ut alia fecunda dicitur. quod si quis
 " fecerit, non lege huius seculi, ubi interveniente ve
 " nio sine crimine conaditur cum alio, alia capu
 " lari conjugia -- sed lege Evangelij reus est adulterij,
 " sicut etiam illa, quod alteri nupserit. " Cui ergo potius
 obediendum legi Evangelico aut legi humani? si legi
 Evangelico ergo etiam legi Ecclesie, quia hoc sola jus
 habet legem Evangelicam declarandi, ut superius ostendi.

Quis an non Imperatores et Reges Christiani Ecclesie
 potestatem impedimenta dirimentia statuendi ipsinet
 ad iudicant? a quo dispensationem super his impedimentis
 petunt, nonne ab Ecclesia? si autem jus dispensandi
 et solvendi ipsi habentur, nonne etiam ipsi jus ligandi
 concedere debent, quia jus solvendi et ligandi sunt
 eiusdem potestatis, nemo enim legem solvere potest, nisi
 qui eam fecit, utrumque autem jus Ecclesia accipit non
 a Principibus, aliam ipsi dispensare possent, sed a Christo,
 qui ergo libertini nostri audeant contendere, Ecclesiam
 hanc potestatem tantum ex consensu Principum exer
 cuisse?

N. 142.

utraq; ergo potestas tam Ecclesiastica quam secularis
 potest impedimenta dirimentia matrimonium statuere
 sed ab diversis finibus, Ecclesia ob finem spirituale, Principes
 ob utilitatem temporalem, quod impedimenta tamen
 non se extendant ad contractum ipsum naturale
 aut sacramentum, sed tantum ad personas nubere
 volentes, quia tam contractus naturalis quam sacramentum
 obligant ex iure naturali et institutione divina, quod
 potestatem humanam superant, personae autem utriusq;

potestati subiecto sunt. si igitur Ecclesia vel Princeps
 talia statuta faciunt, non tollunt essentiam contractus
 aut sacramenti, sed personas tantum inhabiles declarant,
 ad contractum inuicem aut sacramentum suscipiendum.
 unicuique licet iure naturae rem suam vendere vel ali-
 enare, et tamen ab eorum consensu vel privato Princeps
 vel Ecclesia ipsum impedire vel ei prohibere potest, ne
 vendatur, ut talis prohibitio non tangit essentiam
 venditionis, sed vendentem tantum inhabilem reddit.
 sic etiam Ecclesia vel Princeps impedimenta dirimentia
 statuens nil facit circa essentiam matrimonij, sed tantum
 personas nubere volentes inhabiles declarat, et propter in-
 habitatem tantum contractum annullat, et irritum
 facit. si ergo utraque potestas infra illam sui iuris
 naxeret, omnis eis et disputatio cessaret.

Responsiones ad objectiones

De iure principum circa personas Ecclesiasticas.

N. 143.

Primum punctum sic habet: personae Ecclesiasticae sunt
iure naturali subiectae imperio civili, quia sunt membra
civitatis. item iure Evangelico Rom. 13. omnis anima p
et nec verbum inventur in novo Testamento de exemptione
tali. imò nec ordinatio ipsa eas à tali subiectione
liberat.

Quam irrationabiliter iterum huc dicuntur nostri
 libertini, non videbimus. ubi est hoc ius naturale, quod
 personas Ecclesiasticas subijcit imperio civili? ius naturae
 erat ante imperium civile et ante personas Ecclesiasticas
 quomodo ergo potuit aliquid de hac re statui? quia
 sunt membra civitatis aiant, at non dantur etiam infra
 membra civitatis quaedam privilegiata, quae non subiant

Imperio civili? quomodo stat hoc ratio cum experientia
 quotidiana? Sed ex ipso jure Evangelio hoc probant
 ex Rom. 13. 1 ubi apostolus ait: «omnis anima potestatibus
 «sublimioribus subdita sit.» sed advertendum, quod apostolus
 hic ad Judaeos loquitur, qui potes deum nullum alium
 principem agnoscere volebant, et sic contrarium probat,
 quod omnis potestas à deo fit et sic se submittere debeant.
 sed an propterea etiam personas Ecclesiasticas imperio
 civili subjecit? de se ipso enim sic dicit 1. Cor. 6. 12: «omnia
 «mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate» id est
 «nolo redigi sub potestate ullius judicis.»

videtur Libertinos nostros personas Ecclesiasticas catho-
 licas multo minoris estimare, quam olim gentiles deonem
 quoniam sacerdotes estimaverunt, constat enim ex historia
 eos nulli imperio subiectos fuisse, forsitan sacerdotes
 nostros comparant cum ministris haeticorum, qui tantum
 à principibus ad officia sua ordinantur, et modo pastorem
 modo futurum agere possunt, quin de ordinatione sua
 aliquid amittant, sed sciunt, et sciuntur, longe
 enim aliter sentiendum de sacerdotio novo legis.
 Cum deus in veteri lege sacerdotium institisset, tribem
 Levi statim à cetero populo separavit, et suo sacerdotio
 deputavit. sic enim ait Num. 3. 12: «ego tuli Levites à
 «filii Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam
 «in filii Israel, eruntque Levites mei.» et Num. 2. 33.
 «Levites autem non sunt numerati inter filios Israel,
 «sic enim preceperat Dominus Moysi.» ergo Sacerdotes
 novo legis minoris estimandi sunt, quam Levites veteris
 testamenti, cum tamen eorum officium multo nobilium,

et deo propinquius eorum filii, et cui christus omnem
 suam potestatem concessit, et dicit: 4 qui vos spernit, me
 spernit, qui autem me spernit spernit eum, qui misit me?
 Luc. 10. 16. ut autem uno verbo ostendam, hanc immuni-
 tatem non à principibus sed ab ipso christo provenire,
 sic dicit: Joan. 15. 16. ait christus: 11 non vos me elegistis,
 11 sed ego elegi vos, et posui vos -- si de mundo fuissetis,
 11 mundus quod sum erat, diligeret: quia vero de mundo
 11 non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit
 11 vos mundus. 11 Jam si discipuli christi de mundo electi
 fuerunt, et non amplius post hanc electionem de mundo
 erant, quomodo ergo poterunt esse mundo et imperio
 civili subjecti? Jure Imperatores christiani melius distin-
 quere seiverunt inter Imperium civile et Ecclesiasticum
 quam nostri libertini, unde Justinianus Nov. 79. cap. 3.
 contra civiles judices, qui personas Ecclesiasticas in sedi-
 cium suum vocare audeant, has penas statuit: 11 si quidem
 11 Judea sit, qui talem profere sententiam profumpserit,
 11 quia ab administratione repellatur. 11. tanquam divini-
 11 tati contumeliam faciens, et pena 10. librarum auri
 11 una cum officio suo multabitur, sacratissimo nostro
 11 danda oratio. 11 causa est, quia personæ Ecclesiasticæ
 vel per ordinem vel etiam professionem religiosam
 divino servitio mancipantur, et non amplius mundi,
 sed dei sunt, adeoque ipsi deo contumeliam faciunt, qui eas
 à dei potestate et manibus eripere vel ad imperium civile
 traducere tentant. unde falsissimum est
 Dubium 2dum, quod personæ Ecclesiasticæ jure divino
 cum politico tum naturali subjectæ sint potestati Principum.

Legislatoris, inspectoris, iudicioris, coactoris, et
executoris. eodem pariter subjacent juri Regio prin-
cipum circa sacra, quia in omnibus Imperio civili sub-
jecte sunt, quare Imperatores non ex conceptione Ponti-
ficis, sed jure proprio indixerunt aut prima con-
cilia aemoneica, adeoque eis sicut & ipsi eadem potestas
competit. nam si personae Ecclesiasticae neque jure di-
vino neque naturali Imperio civili subiectae sunt, quomodo
illius potestati legislatoris & subesse poterunt? quid
Rex Hispaniae Ministris et subditis Regis gallicis jubere
habet, aut quam potestatem in eos exercere potest? nullam,
quia non subfunt eius jurisdictioni. Regnum dei et
regnum Atrijum Carrenorum sunt duo diversa regna,
et quodvis habet suos proprios servos, sedem sub respectu
et sine diverso. jam de jure naturae est, ut quis servus
illius Domini sit, cuius servituti se quis mancipavit.
nunc certum est, quod personae Ecclesiasticae se servituti
divinae et soli devoverint, quam ergo potestatem prin-
ceps in eas exercere poterit? an potestas Carena major
est potestate divina? aut nemini hominum licet
sine consensu Principis mundum relinquere, ut soli Deo
serviat, quod servitus tamen unicus finis est creationis
hominis? iterum: Sacerdotes novi Testamenti sunt
Legati christi et reconciliatores hominum cum deo,
& christus posuit in nobis verbum reconciliationis: ait S.
Paulus 2. cor. 5. 19/0 pro christo ergo Legatione fungimur,
& tanquam deo exhortante per nos. si ergo Legati

christi sunt, quid juris habet princeps in eos? nonne hoc pugnat contra jus gentium?

hanc modo falsum est, quod personae ecclesiasticae subjaceant juri Regis principum circa sacra. nam quid est hoc jus circa sacra? hoc jus recte definitur, ajunt, si dicatur esse jus perfectum externa civium negotia ecclesiastica ita determinandi, ut ad salutem civitatis, partim innocua sint, partim proficua, quod ex jure advocatis, et jure Regis cavendi coalescit. atque adeo jus Regium circa sacra nihil aliud est, quam ipsum imperium civile, quatenus hoc versatur circa externa civium negotia ecclesiastica, prout hoc civiliter bona vel mala sunt. sane dicere non possum, an si dato res ipsi mel intelligant, quid affirmant. jus circa sacra est ergo jus perfectum externa civium negotia ecclesiastica ita determinandi, ut ad salutem civitatis, partim innocua sint, partim proficua, prout hoc civiliter bona vel mala sunt. primo enim omnia negotia etiam externa sunt res spirituales, quia ipsum Deum tangunt, et propterea ecclesiastica vocantur. secundo sive sint civiliter bona sive mala, sunt etiam in fine moraliter bona vel mala, si sint actiones humanae, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii, Matth. 12. 36. et hoc sunt inseparabilia. si ergo negotia ecclesiastica sunt res spirituales, et sunt moraliter bona vel mala, quale jus princeps potest habere circa sacra? quomodo poterit

q. Ecclesiastica

determinare negotia moraliter bona vel mala, cum ipsi
 adversarij hanc potestatem soli Superiori Ecclesiastico
 adscribant? ostendant mihi unicum actionem humanam
 quae non sit moraliter bona vel mala: indifferentia in
 actibus humanis nulla concedatur: et tantum civiliter
 bona vel mala, libenter eis assentior. sed quia hoc est
 impossibile, et moralis bonitas vel malitia bonitati
 vel damno civili semper preferenda est, quia actiones
 morales non dirigi debent ad finem civilem, sed actiones
 civiles ad finem supernaturalem, et hoc directio non per-
 tinet ad stringen, consequenter etiam nullum jus in
 sacra habet.

Sequelam, quam ex hoc jure deducunt, quod nimirum
 Imperatores proprio jure orto prima concilia generalia
 convocarint, absolute nego, quia ut Historia Ecclesiastica
 docet, Imperatores ista concilia non ex jure proprio sed
 ad instantiam Pontificum et Episcoporum convocarunt,
 non quasi ipsi illa inaxipent, sed quod illa defendere,
 promovere, et brachio seculari suari velint, ut ex
 primo Concilio Niceno sub Constantino magno habito,
 et aliis constat. unicum huc adduco concilium octavarum
 Constantingoli sub Basilio Imperatore et Hadriano II.
 celebratum, ubi Pontifex in litteris ad Imperatorem per
 suos legatos misit, sic ait: « volumus per vestro pietatis
 « industriad Constantingoli numerosum celebrare
 « concilium, per quo verba hpa satis declaravit, con-
 ciliium à se et non ab Imperatore fuisse indictum.

N. 146

simus etiam concilium generale constantinopolitanum
anno 381. celebratione auctoritate sedis apostolica in-
dictum, et auxilio theodosij imperatoris congregatum fuisse.
vide Mansi collect. Concil. Tom. 3. fol. 529. Litt. 7.

Tentavit quidem Imperator Justinianus concilium
3^{tu} constantinopolitanum indicere, cuius autem edicto
statim restitit vigilans papa, eo quod hoc jus ad papam
pertineat. tandem convenit, ut Imperator con-
cilium auctoritate papae convocaret. vide Mansi Tom. 9.
Concil. fol. 645.

ubi est ergo proba, quod Imperatores se prima concilia
aemoneica indixerint? At a seculo sane contraxerunt
pugna. in conciliis agitur solummodo de rebus fidei, et
disciplinariis, quae non ad Imperatores, sed Ecclesiam spectant,
quid ergo Imperatori cum conciliis, praesertim cum in illis
nullum votum habeant? auctoritatem quidem suam sem-
per interponunt, nova indicationes partim ut compere-
rentes ad comparitionem cogant, partim ut poae et
libertas in ipso concilio conferretur, partim ut in itinere
et loco Episcopij sustentationem habeant, sed haec res non
ipsum concilium respiciunt, sed tantum circumstantias
et res externas, quae in ipsorum potestate consistunt.
confirmant et subscribunt etiam acta conciliorum, sed
non ut ea approbent, sed tantum ut ab omnibus melius
observentur, prout ad rem loquitur Justinianus Im-
perator quid Mansi conc. Tom. 8. fol. 1199. in sua Constituti-
one contra Anthimum Aemum Patriarcham nicae, ubi ait:

8. Rem non insolitam Imperio et nos facientes ad pro-
 9. sentiam venimus legem. quoties enim sacerdotum sen-
 10. tentia quosdam indignos sacerdotio de factis sedibus
 11. depulsi sunt: quemadmodum Nestorium, Eutichem, Itrium,
 12. Marcionium, et Eunomium ac quosdam alios ad in-
 13. quibalem non minores idem: toties Imperium eisdem
 14. sententia et ordinationis cum sacerdotum autori-
 15. tate fuit, sicque divina et humana pariter concur-
 16. rentia unam consonantiam rectis sententiis fecerunt.
 17. Sicque patet, Imperatores non jure Regis, sed jure ad-
 18. vocatis concilia convocasse.

Punctum 3^o huius. si contingit, ut Papa aut Episcopus
 alicui iuri gravamen infert, civis ille etiam Ecclesiasticus
 habet ius querendi ad Principem. v.g. si duxus ob crimen
 beneficio privatur, potest Princeps jubere, ut causa melius
 examinetur, et interim duxum restituere, quia sic
 Princeps non potestatem spirituales exerceat, sed tantum
 vim auctoritatis. et hoc ius quilibet Princeps habet in suo
 Territorio, ut advocatus Ecclesie.

N. 147.

R. et quæro, à quanto tempore hæc doctrina introducta
 est? sane antiquitati erat penitus ignota. longè aliter
 statuit concilium agathense a. 506. celebratum cap. 2.
 et concilium Hippalense 2^o d. a. 619. Patrum iuribus
 verba in cap. 6. hæc appono: « compressimus: quoniam talis
 et quemdam presbyterum à Pontifice suo iniuste olim
 dejectum, et innocentem exilio condemnatum. deo de-
 11. crimimus: iuxta presertim hanc decreti synodali
 12. sententia, ut nullus nostram sine concilij examine de-

« iudicandum quemlibet presbyterum vel diaconum audeat
 « Episcopus enim sacerdotibus et ministris solus honorem
 « dare potest, auferre solus non potest. Tales enim nequas
 « uno damnari, nec uno iudicante poterunt honoris sui
 « privilegii exiri, sed presentati synodali iudicio, quod
 « canon de illis prosequi definiti.

Et in Novella 83. c. xi. ad Imperator: « si vero Ecclē-
 « asticum sit delictum, gens castigatione Ecclesiastica
 « et multa, deo anabli Episcopus hoc discernat, nihil
 « communicantibus clarissimis, Provincie iudicibus, ne perim
 « volumus talia negotia omnino sive civile, iudicari: cum
 « oporteat talia Ecclesiastica examini, et emendari a
 « nos delinquentium per Ecclesiasticam militiam secundum
 « sacras et divinas regulas, quas etiam nosse sequi non
 « dedignantur leges.

Sequitur ergo hoc jus primum à nostris libertinis in-
 ventum fuisse, et quidem ut in more habent, non sine
 contradictione propria. nam ius dicunt, barachum suo
 beneficio privatim posse appellare ad principem, ergo prin-
 ceps debet esse iudex superior Episcopi, sed unde hoc pro-
 bant quia omnis appellatio fit à iudice inferiori ad iu-
 dicem superiorem, sed unde hoc probant, cum neque persona
 neque causa ad forum civile pertineat? sed ajunt: hoc
 principem non facere ut iudicem, sed ut advocatum, at
 falsum est, quia princeps annullando vel suspendendo
 sententiam Episcopi vere iudicat, nam advocati non est
 sententiam iudicis annullare, sed hoc ad superiorem ju-

iuram spectat, ut ratio dicat, ergo hoc non fuit
 ut advocatus, sed ut iudex. quomodo autem ut
 iudex, cum hoc res ad suum forum non pertineat?
 2do dicunt, principem propterea potestatem spirituales
 non exercere, sed tantum vim conferre. an vestitus
 in barochiam non est ius spirituale? si ergo barochum
 de novo in barochiam instituit, an non exercet po-
 testatem spirituales? an ergo sic non sibi ipsi contra-
 dicunt? utinam libertini nostri tandem sapienter et
 inteaigerent!

Punctum 4tu. Principes etiam habet ius se in electi-
onem Regis imiscere, ut dignus constituatur.

N. 148.

Hic probi notandum, electionem fieri pontificis ostim
 ducere à christo, qui potestate propria Petrum in suum
 vicarium et qui visibilem suam Ecclesiam elegit. quod et
 hanc potestatem suam Ecclesia concepsit, patet ex electione
 Mathis in apostolum, quem soli apostoli in suam collegam
 elegerunt, prout et postea apostoli alios Episcopos
 ex hoc iure constituerunt, adeoque ius eligendi tam
 summum pontificem quam Episcopos, est ius divinum
 soli Ecclesie conceptum.

Successu temporis, cum Ecclesia semper ab hereticis
 exagitaretur, non tam principes laici sed et populus
 ad electionem summorum pontificum et Episcoporum
 admittabatur, non ut sua vota darent, sed tantum
 ut suo consensu electio magis roboraretur. ita Leo I.
 ad Episcopos viennensis provinciae Epist. 87. alias 89. scripsit

dicantur: Principibus vero et Imperatoribus electiones Romanorum
 11 Pontificum atque aliorum Episcoporum reservandas, usque et con-
 12 suetudo tradidit pro significationum atque hereticorum dispersioni.
 13 bus, quibus nonnunquam Ecclesia dei concussa periclitabatur:
 14 contra quos legibus fidelissimorum Imperatorum frequenter Ecclesia
 15 militata legitur. reserabatur ergo electio Pontificum Catho-
 16 licorum Principibus, ut eorum auctoritate roborata nullus
 17 hereticorum vel schismaticorum auderet contraire, et ut ipsi
 18 Principes tanquam devotissimi filii in eum consentirent, quom-
 19 o sibi in hanc rem eligi viderent, ut in omnibus suffragatores
 20 existerent. vide Diff. 63. cap. vota c. inum 27.

Verum quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes, non
 in numero consentientium, sed primi distribuentium, immo exal-
 minantium esse voluerunt, frequenter etiam in hereticorum per-
 fidiam prolepti, catholicae matris Ecclesiae unitatem impugnar-
 conati sunt, ideo SS. Patrum statuta adversus eos prodierunt,
 ut semet electioni non inferrent, et quisque eorum suffragio Ec-
 clesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur. vide Diff. 63.
 c. quia facta. 28.

Scimus quidem ex historia Ecclesiastica Hadrianum II.
 Carolo Regi jus et potestatem eligendi Pontificem et assi-
 mandi pontificiam sedem concessisse, quod et idem Leonem
 III. Othoni I. fecisse noscimus, qui hac auctoritate usus,
 Benedictum V. e sede pontificia ejecit, et clarum compulsi,
 ut susciperet eius loco Leonem VIII. primus hoc fecit,
 quia multa bona à Carolo accepit, secundus quia cre-
 atura Othonis erat. jam quaestio est, an hoc valide factum
 potuerint? Christus hoc jus suis Pontificis concessit, et
 eorum successoribus, quomodo ergo hi Pontifices tale
 jus suis successoribus auferre et in manus Laicorum ex-

nulli unquam Princeps seculari permiffum fuerit se
 in Electionem Episcopi interficere. Testis omni exceptione
 major est Constantinus Magnus, qui dum ei in concilio
 Niceno ab Episcopis libelli quorundam ad judi-
 candum offerebantur, ad eos dixit: "Deus constituit
 "vos sacerdotes, et potestatem vobis dedit de nobis quod
 "judicandi, ideo nos a vobis recte judicamus, vos autem
 "non potestis ab hominibus judicari." Testis est etiam
 Imperator Valentinianus, qui dum mortuo Auxentio
 Episcopo ariano Mediolanum ad novam electionem
 Episcopi venisset, et Episcopi ab eo petissent, ut quem-
 dam nominaret, dixit: "Talem itaque in Pontificali con-
 stituite sede, cui et vos, qui gubernamus imperium, sin-
 cere vestra aequa submittamus, et eius moribus dum
 tanquam homines deliquimus, necessarios velut can-
 antis medicamenta suscipiamus. — supra nos est talis
 electio, vos enim gratia divina potiti, et illo splendore
 fulgentes, melius poteritis eligere. V. C. Valentinianus 9.
 dist. 63.

Et ut in posterum nulla amplius perturbatio in Ecclesia
 fieret, Concilium Constantinopolitanum octavum
 generale seculo pro celebratum canone 28. sic statuit:
 "Sancta et universalis Synodus definit, neminem Lai-
 "corum Princeps vel potentum semel interficere electionem
 "vel promotionem Sacerdotis vel Metropolita, aut
 "cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc et
 "incongrua fiat confusio vel contentio, praesertim

// cum nullam in talibus potestatem quemquam
 // potestativorum vel electivorum laicorum habere
 // conveniat, sed potius sibi ac attendere sibi usque
 // quo regulariter à collegio Ecclesie suscipiat finem
 // electio futuri pontificis. quis quis autem secularium
 // principum et potentum, vel alicuius dignitatis laice
 // adversus communem ac consentaneam atq; canonica-
 // cam electionem Ecclesiasticæ ordinis agere tentaverit,
 // anathema sit.

Quia etiam propter populi consensum quondam con-
 tentiones fiebant, Nicolaus II. in concilio Lateranensi
 secundo. Statuit ut electio Summi pontificis per se solos
 cardinales permaneat. verba eius sunt hæc: // si quis
 // pecunia aut gratia humana aut populari, militari
 // tumultu sine concordia et canonica electione cano-
 // nicum fuerit in throno Petri collocatus, non apostolicus
 // sed apostotaticus, id est, à ratione deficiens merito
 // vocetur, liceatq; cardinalibus, clericis et laicis deum
 // colentibus illum ut hæreticam anathematizare, et
 // quovis numero auxilio à sede apostolica prosequere
 // atq; quovis in loco, si in urbe non liceat, catholicos
 // quosvis rei causa congregare //

Quare ratione vel jure ergo possunt principes se-
 culares se in electionem atq; interficere? quia libertini
 nostri sic formant? sed jure divinum eis obest, nam
 christus non principes sed suos apostolis potestatem dedit
 sibi successores eligendi.

180
N. 149

Secundum s^ul. Princeps licite agit si Episcopus
proiecit, ut sua jura antiqua iterum exerceat.

Sed quae sunt ista jura? ex historia veteri Eccl^esi-
astica habetur ajunt. 1^{mo}. Episcopi suos diaconos
à quibuscuq; penalis absoluebant, indulgentias, quas
cuq; conferbant, beneficia Eccl^esiastica quae cuq;
conferbant.

2^{do} Metropolitae Episcopi nominatos aut elatos
consecrabant, et confirmabant. iidem suffraganeos Synodo
provinciæ eodem transferebant et puniebant.

3^{to}. Episcopi vel singuli vel in conciliis subactis
in canonibus dispensabant.

4^{to} baculum patriarchæ Metropolitæ dabant.

5^{to}. multi ordines ante seculum istum instituti sunt
sine approbatione sup^{er}. S. Dominici et Francisci
primis petierunt.

6^{to}. de votis sup^{er} reservatis antiquitas nihil
fuit.

7^{mo} firamentum fidelitatis Episcopi sup^{er} nunquam
deposuerunt.

8^{vo}. Religiosi à solestate Episcoporum nunquam
fuerunt exempti.

9^{no}. annato nunquam in usu fuerunt ante
seculum 14^o.

10. Beatificatio penes Episcopos semper fuit.

11. Jus appellacionis in omnibus causis Eccl^esiasticis
sup^{er} primis Eccl^esiæ seculi fuit denegatum.

12. sup^{er} in colorum Episcoporum dioceses non nisi

mediata iurisdiclio concessa est.

13. Jura adventitia Pontifex obtinere non potuit nisi condicione hac expressa vel tacita profiteretur restituantur, quando salus Ecclesie id postulat, et ideo illa ei ipso eius invito iterum possunt auferri, quia et ipsi Episcopi

14. In causis Ecclesiasticis merito Episcopus plus creditur quam Regem, quia isti melius de statu Ecclesiarum quam Reges informati sunt. illa ei concedere non poterunt, cum sint jura Ecclesie sui non suo persone.

Et hoc sunt prohibita jura, quae libertini nostri Episcopi de novo adferunt ut quidam illis exuant, et omnibus Episcopis eum tantum aequalem faciant, et quidem ex hac ratione, quia dicunt, omnes apostoli plenam et aequalem potestatem Ecclesiasticam, eoque immediate à Christo auferunt, cum igitur Episcopi sint successores apostolorum, jure divino eadem potestate gaudent, quem apostoli à Christo auferunt.

antequam igitur ad primum ipsum et prodita jura respondeam, videamus an hoc ratio sit vera vel non.

verum est, quod Episcopi sint successores apostolorum sed non in omni potestate. In apostolice duplex potestas distingui debet, una quae in plenitudine potestatis consistat, quae potestas erat extraordinaria et propria apostolatus, quae non transfertur nec transferri potest in aliorum successores. altera quae erat Episcopalis, à potestate apostolatus discreta, quae sola in Episcopos transfertur. ambas potestates ab invicem discretas docet nos sacra scriptura. Matth. 16. 19. ait Christus ad suos apostolos: « cuntes in mundum universum, predicare Evan-

N. 150.

et gelium omni creatura; docentes servare omnia, quae
 cumque mandavi vobis. ergo potestas eorum se exten-
 debat ad universum mundum. non sic se res habet cum
 Episcopis; quorum potestas se non extendit ad universum
 mundum, sed tantum ad unam provinciam aut civitatem,
 unde S. Paulus act. eo. 23. ad Episcopos Ephesiorum dicit:
 attendite vobis et universo gregi. in quo vos spiritus
 Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei; quare
 et ipse multos constituit Episcopos sed pro una civitate
 vel provincia tantum, extra quos limites illorum po-
 testas se non extendebat. sic et Petrus i. Pet. 2. ait:
 pascite qui in vobis est grex Dei; et sic procul dubio
 dictio idcirco ita et potestas eorum limitata erat, et
 consequenter successores erant apostolorum non in pleni-
 tudine potestatis, sed jurisdictionis Episcopalis tantum,
 quam limitationem ipsi apostoli fecerunt dum quosdam
 Episcopos tantum pro castis locis constituerunt.

Longe aliter loquendum de Episcopo Romano. Christus
 Ecclesiam suam totam fundabat supra petram stabilem
 quia apostoli non semper manebant, unde et ad Petrum
 dicit Math. 16. et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et
 super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. et ego pro-
 tinus dabo omnem potestatem. et tibi dabo clavem regni
 caelorum. et quodcumque ligaveris super terram, erit liga-
 tum etiam in caelis, et quodcumque solveris super terram,
 erit solutum etiam in caelis. haec petra et jurisdictio ergo
 debet semper manere, ne porta inferi prevaleat adversus

Eclesiam, et hoc non fit sine Rectore. quia ergo pontifex Romanus est successor Petri: consequenter ei etiam succedere debet in plenitudine potestatis: alias tota Eclesia neque super Petram fundata esset, neque Rectorem haberet, quia potestas Episcoporum se non ad totam Eclesiam extendit.

Dein Christus Petro multo majorem potestatem contulit quam ceteris apostolis. nam cui Petri dixit: Tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam? cui Petri dedit claves regni caelorum: cui dixit: pascere oves meas, pascere agros meos? Joan. 21. 16. cui dixit: ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquid quando conversus confirma fratres tuos? Luc. 22. 32. Jam Petrus est una, super qua tota structura Ecclesiae requiescit: et Petrus est hoc Petrus, et nucleus alius apostolicus. ergo tota Ecclesia super eum requiescit: ergo et Rector totius Ecclesiae constituitur est. per claves regni caelorum intelligitur summa potestas aperiendi et claudendi caelum, quo potestas soli Christo competit, et Petrus et hanc potestatem Petro dedit per verba: quaecumque ligaveris aut solveris super terram, etc. hanc quidem potestatem Christus Matth. 18. 18. et ceteris apostolis dedit, sed non ~~per~~ ipsos permanentem, sicut et ipsi non permanent. Petro autem eam dedit tanquam caput Ecclesiae, quod quam semper permaneat, et a qua ceteri in alios successores communicent. ad hoc apposite testatur S. Cyprianus l. de unit. Eccl. 11. apostoli habebant potestatem, sed non plenam potestatem super omnes fideles, sed non

N. 151.

7 edificabo

q. ceterorum personis tantum et

« super se ipsos ad invicem, quia Petrus à Christo cepit
 « ipsorum et omnium fidelium constitutus est. quamvis
 « apostolis omnibus post resurrectionem suam parvam
 « potestatem tribuat et dicat: siint mihi me tales tamen
 « ut unitatem manifestaret, unam cathedram constituit
 « et unitatis originem ab uno incipientem sua auctori-
 « tate disposuit. hoc erant utique ceteri apostoli, quod
 « siint Petrus pari consortio praediti et honoris et potes-
 « tatis: sed exordium ab unitate proficiscitur. primatus
 « datur Petro, ut una Christi Ecclesia et cathedra una
 « monstretur: quod ex sequentibus magis patebit.

Apostoli ceteri quidem oves in ovile Christi congregati
 sed solus Petrus constitutus est pastor ovium et
 agnorum, quare hoc: quia rogatus pro se, ut non
 deficiat fides sua. et ideo ei preceptum fuit, ut con-
 versus confirmet fratres suos. confirmare autem Superior
 est, ergo Superioritatem habuit super fratres suos.

N. 152.

Hinc falsa est illa sequela, quod Episcopi jure Divino
 eadem potestate gaudeant, quam Apostoli à Christo ac-
 ceperunt, quia illi tantum in jure Episcopali non potes-
 tatis succedunt, et potestatem suam non immediate à
 Christo, sed ab Ecclesia accipiunt, ut mox videbimus.
 hoc igitur fundamento sublato facili erit responsio ad
 jura, protenfa. ad

jure igitur dico: concessio, quod Episcopi olim suos diaconos
 ab omnibus peccatis absolverint, et indulgentias et beneficia

contulerint, sed ex qua potestate hoc fecerunt? vi
 ordinis? hoc fieri non potest, quia multi sunt Episcopi
 ordinati, qui talem potestatem exercere non valent, nam
 propter ordinem requiritur etiam potestas illam exercendi
 alias quivis suffraganeus aut Episcopus depositus hoc
 iura exercere potest, quod ipsi adversarii negant. unde
 ergo Episcopi hanc potestatem habent? à christo? vix
 quisquam audebit hoc asserere. christus quidem instituit
 officium Episcopale, sed ut hoc exerceri valeat, requiritur
 imperium, ut quis ad hoc officium debeat et instituiatur.
 hoc institutio autem ab initio Ecclesie facta fuit per
 apostolos, deinde ab eorum successoribus instituta, Hier-
 archia Ecclesiastica. jam quid ad
 Sed quis instituit hanc Hierarchiam? quis sedes patri- N. 159.
 archales, metropoliticas et Episcopales fundavit, et
 exercit? in novo Testamento et Imperio apostolorum
 nec verbum invenio. se ipsas fundare non potuerunt,
 quia quivis Episcopus potendaret aequalitatem cum
 aliis: ergo à fratribus Pontificibus eas fundatas
 fuisse, quod etiam cum Regimini totius mundi imper-
 fecti Patriarchas et metropoliticas in partem sollicitu-
 dines instituerunt, ut Ecclesia in omnibus videretur.
 jam si traditio potestatis ab institutione dependet,
 et Summi Pontifices institutores sunt, an non etiam
 omnes ipsos stat huic vel illi majorem vel minorem
 potestatem conferre? Hoc fecerunt ut experientia docet.
 sed si hoc, an non etiam poterunt potestatem collatam

restringere, et sibi reservare? Papa novissimè in Ecclesia
 quod fuit Moyses in Synagoga. Sic autem Deut. 1. 12.
 Sic ait: non valeo solus negotia vestra sustinere,
 et pondus et iurgia -- Tuliqs de tribubus vestris
 viros sapientes et nobiles, et constitui eos principes, tri-
 bunos et centuriones, qui doceant vos singula -- quod
 si difficile vobis visum aliquid fuerit, referete ad me,
 et ego audiam.

Sic pariformiter Summi Pontifices in Ecclesia se-
 cerunt: in ipsis vero verbis. ait Stephanus I. Papa,
 qui a. 257. vivit, in Epistola II. n. 6. post Christi ad-
 ventum apostoli et successores eorum patriarchas
 vel primales populerunt, ad quos Episcoporum negotia
 salva in omnibus apostolica auctoritate, et majores
 & cause ad apostolicam sedem sunt referenda. vid.
 Mansi. Tom. 1. Concil. fol. 889. ubi innumera testi-
 monia pro hac re invenies. Sed

N. 154.

opponunt: ergo Episcopi suam potestatem non à Christo
 sed à sumis Pontificibus accipiunt, ergo non sunt prin-
 cipes et iudices Ecclesie, sed tantum Pontificum locum
 tenentes, vicarii, delegati, sed quomodo hoc quadrat
 cum S. Pauli Epistola ad. 20. 28. ubi ait, quod Spiritus S.
 Episcopos populum regere Ecclesiam Dei?

Sed Episcopalem dignitatem divinitus et à Christo institu-
 tam esse ac proinde eandem in universum à Pontifice
 solis, aut omnino abicari non posse, et sic Episcopos veros
 esse Ecclesie principes, et non vicarios Pontificum.

at à potestate ordinis distinguere debet potestas iurisdictionis, que vi ordinis nondum est completa et proxime ex-
 edita ad valide procedendum in actum secundum, quia
 desunt oves, in quas Episcopus suam iurisdictionem exer-
 cere potest. ~~quibus~~ ^{quibus} sacerdos vi ordinis accipit potestatem
 absolvendi à peccatis, sed hoc potestas ligata manet, usq[ue]
 dum ab Episcopo ad certas oves determinetur. sic etiam
 Episcopi potestas est ligata usq[ue] dum ei oves à summo
 Pontifice assignentur, qui solus est pastor omnium ovium
 pacis agros, ~~pascit~~ ^{pascit} oves meas. unde Eucherius in sermone
 de SS. Petro et Paulo ait: non solum pastorem, sed et
 pastorum pastorem constituit: pascit igitur Petrus agros
 pascit et oves, pascit filios, pascit et matres, regit sub-
 ditos, regit et doctores, omnium pastor est, quia potes-
 agros et oves in Ecclesia nihil est.

Idem. Pars. 23.
 cap. 15.

vi ordinis igitur Episcopi accipiunt plenam potestatem
 Episcopalem, et positi sunt à spiritu sancto regere Ecclesiam
 Dei, sed non plenam et completam accipiunt potestatem
 iurisdictionis nisi mediante summo Pontifice.

Posito ergo, quod olim Episcopi diaconos ab omnibus
 peccatis absoluebant, indulgentias conferebant, beneficia
 conferebant, quod metropolitae Electores Episcopos confis-
 mabant, eos transferrebant et movebant: et ad alia
 simul respondeam: in canonibus disponebant, et pallium
 Patriarchæ metropolitæ dabant, hoc omnia habuerunt
 ex concessione summorum Pontificum, hoc ipso quia
 omnem iurisdictionem ab illis acceperunt, an non poluerunt
 etiam certis ex causis hanc iurisdictionem concessam

illorum restringere, et ad se attrahere? Janè qui concilia antiqua, Epistolas summorum Pontificum et Episcoporum legit, innumeras Inventiones et etiam Propositiones Episcoporum Innocentium invenit, adeo ut Summi Pontifices coacti fuerint eam aut alteram jurisdictionem illis auferre, et sibi reservare, ut pax in Ecclesia conservetur.

Si autem sic se res habet, quo jure Episcopi Principes precipere poterit, ut sua jura antiqua illorum exerceant? an Episcopi suam jurisdictionem à Principe accipere? aut poterit illi precipere, ut Pontificem sua jurisdictione quam tamen à Christo accipit, excedat, et sibi vindicent? obmutescant, qui ita solide ratiocinantur. sed

N. 155.

aiunt: nova est hoc sententia, et in favorem Imperatorum facta, cum Sabres antiqui Papam non majorem obvis Episcopis ostendissent. Sic enim Cyprianus Epist. 52. ad Antonianum scribit: «ac si minus sufficiens Episcoporum numerus in Africa videbatur, etiam Roman super hac re scripsimus ad Cornelium collegam nostrum, qui et ipse cum plurimis Coepiscopis habito concilio in eandem nobiscum sententiam pari gravitate et salubri moderatione consensit.» item S. Hieronymus lib. de script. Eccl. Cornelium tantum Romanæ urbis Episcopum nominat. at

Quæro ego, an Cyprianus errare non potuit? ipse quomodo Stephanum I. in Ep. ad Acipseum magni erroris arguit, eo quod in rebaptizationem hereticorum consentire voluerit, et tamen ipse sententia, postea in concilio Cartha-

gironfi. I. cap. j. damnata fuit, ubi dicitur, dixerunt;
"idcirco esse facinus et reprobationes, et facti esse
"alienum à fide et catholica disciplina re-
"baptizari."

Deinde ex his verbis nullatenus eruitur, S. Cyprianum
Pontificem Romanum non ut caput Ecclesie agnosce-
re, cum contrarium constet in ipsius Epistola 22. quam
ad Stephanum. I. ex concilio Carthaginiensi. II. scripsit
his verbis: "multa quidem in concilio prolata atque
transacta sunt, sed de eo vel maxime tibi scribendum,
et cum tua gravitate ac sapientia conferendum fuit,
quod magis pertineat et ad sacerdotalem auctoritatem
et ad Ecclesie catholice unitatem, partes ad dignitatem
de divinis dispositionis ordinatione veniant omnes."
vide Mansi. Concil. Tom. i. fol. 922.

Neque ex verbis S. Hieronymi aliquid statui potest, cum
hic S. dicitur, ut ex scriptis eius patet, de hac re nequidem
unquam dubitavit. et sic est de aliis patribus, ex
quibus non unum aut alterum pro stabilienda quadam
sententia desumi debet, sed oportet, ut datus legatur,
ut cum veritate aliquid decidi possit. 7 verbum

ut autem uno verbo hinc eum finem imponam, sic
ratiocinor. Ecclesia est corpus Christi Rom. 12. 5. cuius
corporis membra sunt omnes fideles. huius corporis
caput est quidem Christus et Rector eius principalis,
sed quia Deus est quidem Rector principalis totius
mundi, quia tamen mundo invisibilis est, et homines
se tantum à Rectore visibili se regi patiantur, ideo N. 156.

constituit in mundo Reges et Principes, qui loco sui
 homines iuxta legem suam gubernent. ita et Christus
 antequam in caelum rediret, suo Ecclesiae capite visibile
 providit, tradens Petro claves regni caelorum et
 potestatem quaecumque ligandi atque solvendi, et pastorem
 eum constituens, ut loco sui pasceret oves et agnos.
 Jam si Petrus est pastor Ecclesiae, et unicus pastor,
 quia ovile est tantum unum et unus pastor Joan. 10. 16.
 an non etiam debet habere majorem potestatem quam
 oves et agni? ratio dicit, quod oves non regant
 pastorem, sed pastor oves. Christus quidem dedit quos-
 dam apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero
 Evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad
 confirmationem sanctorum in quibus ministerij, in
 edificationem corporis Christi, Ephes. 4. 11. Sed si omnes
 sunt respectu Christi, et consequenter etiam respectu
 Petri eius vicarij tantum oves et agni, adeoque potes-
 tati Petri subditi, si autem subditi, qui possunt esse
 aequales Petro? vel tantum quodammodo: sunt ne Episcopi
 membra vel capita Ecclesiae respectu Christi, qui est
 caput principale Ecclesiae? Rectores quidem sunt Ecclesiae
 sed particularis sed Christo subordinati, quia ipse est
 princeps pastorum, 1. Cor. 5. 4. Capita autem Ecclesiae nisi
 proprio privato die non possunt, alias corpus Christi talia
 capita habere, quod Episcopus et sic monstrum esset non
 corpus perfectum, deficeretque unitas fidei, veritas
 doctrinae, et omnis subordinatio. si autem non sunt

capita sed membra à capite regi debent, sicut omne
 corpus à capite regitur, et hoc non tantum à christo,
 sed etiam ab eius vicario, qui personam christi re-
 presentat.

Hanc potestatem et ipsi quostali in Petro Jan ag-
 noverunt, unde Theodoritus Episcopus Cyri ad S. Le-
 onem Romanum a. 449. sic scripsit: "si Paulus, proca-
 vantis, duba spiritus sancti ad magnum Petrum
 se contulit, ut is, qui antiochie de legali con-
 vocatione ambigebat, explicationem ab illo re-
 ferret, multo magis nos Romiles et papales ad Aposto-
 licam sedem vestram aurrimus, ut Ecclesiarum
 ulceribus remedium à vobis accipiamus, vobis enim
 primas in omnibus tenere convenit." vide Mas-
 onil. tom. 6. fol. 35.

Imò ipsi principes catholici hanc potestatem agno-
 verunt, et scilicet ex constitutione Valentiniani de a. 445.
 que sic sonat: "Imperatores Theodosius et Valentinianus
 augusti cetero viro illustri, comiti et magistro utriusq[ue]
 militiæ et satrapis.

Ceterum est et nobis et Imperio nostro unicum esse pro-
 fidium in superis divinitatis favore, ad quem pro-
 navendum prodeque christiana fides et veneranda
 nobis religio suffragatur. cum igitur sedis apostolicæ
 brimatum S. Petri meritum, qui princeps est Episcopalis
 coronæ, et humanæ dignitas civitatis, sacro etiam
 Synodi firmavit auctoritas, ne quid potes auctoritatem

« sedis illius inlicitum presumptio attentare nitatur,
 « hinc enim deum Ecclesiarum pax ubiq; servabitur,
 « si Rectorem suum agroscolat universitas. -- veteri
 « ne levis factem inter Ecclesias turba nascatur, vel
 « in aliqua minus religionis disciplina videatur,
 « hoc perenni sanctione censemus, ne quidquam
 « Episcopis galicatis, quam aliarum provinciarum
 « contra consuetudinem vel legem liceat, sine viri ve-
 « rarabili, & pro verbis obsequio auctoritate tentare,
 « sed hoc illis omnibus pro lege sit, quidquid sanxit
 « vel sanxit apostolicis sedis auctoritas: ita ut
 « quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Ponti-
 « ficis evocatus venire neglexerit, per moderatorem
 « eiusdem provincie adesse cogatur, per omnia servatis,
 « quo divi parentes nostri Romane Ecclesie contulerunt,
 vide Mansi Concl. Tom 5. fol. 1252. qui ergo libertini
 nostri Episcopo hanc potestatem abnuere poterunt? - ad
 istum: multi ordines ante seculum istud instituti
 sunt sine approbatione Papae. S. Dominicus et Fran-
 ciscus primi petierunt.

N. 157-

R. hic Libertini nostri suam inscitiam iterum no-
 dunt, cum certum sit Gregorium Magnum iam ante
 plura secula Regulam S. Benedicti, et 12. Monasteria
 ab eodem fundata in synodo confirmasse, quod et
 alios fundatos fecisse non dubitandum, licet mihi de
 eorum consuetudine non constet, quia specialis ordo sui
 approbatione apostolica in Ecclesia non permittitur. ad

Qum: de votis Episc. reservatis antiquitas nihil
sciunt. an sciunt hoc nostri Libertini? an om-
nia scripta sunt, quae antiquitus facta sunt? postea
etiam quod de hac re nihil unquam decretum fuerit
an propterea Papa non potest quoddam vota refer-
vare? an Christus ipsi dedit claves et potestatem
ligandi et solvendi? ad

Qum: Juramentum fidelitatis Episcopi Papa nunquam N. 159
deposuerunt, an hoc verum est? si non Papa factum
retroactis, et iis, à quibus confirmationem acceperant,
profiterentur, quod idem est. et si hoc nunquam factum
fuisse, potest et debet Papa hoc juramentum probandere,
ut veritas, et sua auctoritas conservetur, cum multi
Episcopi jam sapius sua potestati se subducere conentur.

ad
Qum: Religiosi à potestate Episcoporum nunquam N. 160
fuerunt exempti: hoc verum est, sed quis est in causa,
cur Pontifices quosdam à potestate Episcoporum ex-
emerit? nome Episcopi ipsi, qui ut innumera exempla
habemus, res monasteriorum depraedarunt, et Religiosos
et mancipia tractarunt, et ne penitus perirent, Pontifices
coacti fuerunt, eos à potestate eximere, et in suam tutelam
assumere. ad

Qum: annato nunquam in usu fuerunt ante seculum 14. N. 161
si Libertini nostri concordata nationes germanicae
ab anno 1440. erecta melius legipant, quam legarunt, in illis
invenirent, quod annato jam diu antea à sede apostolica
petito et recepto fuerint, nam ibi expresse habetur, quod

in posterum annato pro primis fructibus in pecunia
 prout in libris canonis apostolice sedis sunt sol-
 vantur si vero excessiva taxata sunt iuste re-
 taxentur. ergo ante concordata jam taxata fuerunt.
 de his annatis jam fit mentio in cap. cum nonnullis.
 Extravag. com. de prob. et dig. et cap. seq. de a. 1319. ubi
 quoad dicitur, quod Summus Pontifex pro Ecclesia Romana
 necessitatibus eas sibi reservasset. Sumus etiam quod
 petitis primorum fructuum in diocesi constantiensi
 longe ante annum 1350. de beneficiis vacantibus in
 usu fuerit, et nunc est si ergo Episcopus hoc primos
 fructus in sua diocesi excolere potest, cur non et Papa
 a beneficiis immediate sibi subiectis et hoc non necessitatibus
 Ecclesie Romane? ad

jam beatificatio Petrus Episcopus semper fuit. quod
 fuit si Episcopi etiam aliquos in numerum beatorum
 retulerunt, an propterea Papa pro hoc ablatum fuit?
 beatificatio est res maxime momenti et quidem multis
 fraudibus obnoxia, quod ab Episcopis solis non semper de-
 leguntur, an ergo Papa erravit, quod hoc jus sibi solus
 servavit? ad

N. 162

simul Jus appellationis in omnibus causis Ecclesiasticis
 Papa primis Ecclesie seculis fuit donatum.

Sed unde habent hoc libertini nostri? ex con-
 cilio affrico a. 386. celebrato? verum est quod hoc
 Concilium appellationem hanc can. 28. et can. 129.
 prohibuerit. Sed quare hoc? eue! in hoc concilio
 vergebatur questio an Papa solus sit supra con-
 ciliium vel non? et fundabant se Patres in can. 6.

concilij Niceni, ubi dicitur: «mos antiquus durat in
 aegypto, ut alexandrinus Episcopus vel Lybia et
 Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus totum omnium
 habeat potestatem, quoniam quidem et Episcopus roma-
 nus partis mos est. » ex quo Episcopus Romanum
 non majoris estimabant, quam Alexandrinum. Sed
 hic canon in melioribus Exemplaribus sic scriptus in-
 venit: «mos antiquus perdurat in aegypto vel Lybia
 et Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus totum omni-
 um habeat potestatem, quando quidem et Episcopus Ro-
 manus partis mos est» id est quoniam et Romae pontifici
 hoc usitatum est. seu Episcopo Romano consuetudo sit
 permittere, ut Episcopus alexandrinus habeat regimen
 aegypti, Lybiae et Pentapolis. quibus verbis nulla potestas
 Romani et Alexandrini Patriarchatus insinuitur, ut
 quidam male interpretati sunt. de qua re optime Ni-
 colaus I. in Epistola ad Michaelem Imperatorem, qua
 incipit: Αποφασισμός sic scripsit: «Nicensis Synodus
 noverat Romanam Ecclesiam omnia Dominis sermone con-
 cessa. si omnia erga defuit nihil, quod illi non con-
 cesserit. denique si instituta Nicensis Synodi diligenter
 inspiciantur, inveniuntur profecto, quia Romana Ec-
 clesia nullum eadem Synodus contulit incrementum,
 sed solum ex eius forma, quod Alexandrini Ecclesiae
 tribueret, particulatim sumpsit exemplum.»
 Sane si statuta concilij africani etiam statuta concilij
 Sardicenis, quod est appendix concilij Niceni, a^o 347.
 celebrati, legissent, longialiter iudicassent, quod can. 4.

sic definiunt: "quod si aliquis Episcopus ad iudicium
 fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam
 habere, ut iterum iudicium renovetur, si voluerit placet,
 S. Petri apostoli memoriam honoremus, ut scribitur
 vel ab his, qui examinauerunt, vel etiam ab aliis
 Episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano
 Episcopo, et si iudicaverit renovandum esse iudicium
 renovetur, et de iudice, si autem probaverit talem
 causam, ut ea non restentur, quod acta sunt, quod
 decreverit Romanus Episcopus, confirmata erant."
 vide Mansi, Concil. Tom. 5. fol. 32.

De hac re nos habemus testimonia, ut nemini ratio
 dubito de illa dubitare fas sit, quem etiam laetel,
 S. Athanasium, S. Chrysostomum, et alios Episcopos
 à conciliis ad Romanum Pontificem appellasse, an
 forsitan hi nescierunt, ipsi hoc prohibita fuisse, si
 ista prohibitiō vel semel valuisse? hoc jus etiam
 non ignoravit ipse Constantinus Imperator, namque
 cum sub Melchiae Papa a. 313. Episcopi affrici inter
 se querelas habebant contra Caecilium Carthagi-
 nensem Episcopum, et causam ad Constantinum tunc
 in Gallia regentem detulissent, ut iudicet, eis respondit
 "petiti à me in seculo iudicium, cum ego ipse Christi
 iudicium expectem." ille Romam ad Melchiam imperator
 ut ab illo iudicaretur. vide Mansi, Concil. Tom. 2. fol. 433.

N. 167.

Opponent nostri Libertini: Ergo Papa est supra con-
 cilia? quis autem hoc defendere poterit, cum concilia

generalia non accipiant firmitatem à confirmatione
 pape, sed ea se ipsis, quia papa tantum suffragium unum
 habet, simul ceteri episcopi, adeoque consentire potest
 non confirmare, et si non consentit concilio, potest
 concilio deponi, et alium substitui. at

unde habent hi Moderni Doctores hanc doctrinam?
 forsitan ex concilio Constantiensi et Basiliensi?
 Verum est, utrumque papam concilio subiecit, sed et
 rationes, cur hoc fecerit, consideranda sunt.

Concilium Constantiense quidem à Joanne 23.
 vel ut alij volunt 24. convocatum fuit, sed quia
 illo tempore tres anti-pape erant, nimirum dictus
 Joannes, et Benedictus XIII. et Gregorius XII. et nullus
 legitimus papa erat, adeoque Ecclesia sine capite
 erat. Et quia hoc schisma per hoc concilium tolli
 deberet, Patres in sessione 4ta et 5ta sic definiunt.
 quod ista sancta Synodus in spiritu Sancto congregata
 legitime generale concilium faciens, Ecclesiam Catho-
 licam militantem representans, potestatem à Christo
 immediate habet, cui quilibet cuiuscunque status vel
 dignitatis et si papalis existat obedire tenetur in
 his que pertinent ad fidem et extirpationem dicti
 schismatis, et reformationem generalem Ecclesie dei
 in capite et in membris. item declarat, quod quicunque
 cuiuscunque conditionis, status, dignitatis etiam papalis,
 qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut pro-
 ceptis huius sacre synodi et cuiuscunque auctoritate con-
 cilio generalis legitime congregati super promissis, sive

N. 164.

198

ad ea pertinentibus, factis, vel faciendis obedire
contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigne
penitentis subiciatur, et debite puniatur.

Dura est hęc definitio, et ante hoc concilium in-
audita. Concesserim quidem, concilium generale
tempore schismatis esse supra antipapas, quia ipse
est discutere, an electiones ipsorum sint legitime
vel non, sed quia hanc potestatem unicuique concilio
generali adscribit, quæsi declarant dantes, se non
secundum statuta Ecclesie, sed ex mera passione hęc
defuisse, adeoque nullum roboris esse.

Et quod circa hęc puncta concilium legitimum
non fuisse, patet prò ex hoc: quia decretum hoc
ab eis solis emanavit, qui erant de obedientia Joannis
XIII. usque non omnibus; nam ipse antipapa non
adevat, usque post secundam sessionem claret nocte
in habitu peregrino schiffhusium fugam elapsus, ac alij
non pauci de eius obedientia, ubi et de aliis, quos
antevertendum in definiendo, iei, qui aderant, adeoque
hęc non est definitio concilij, sed quorundam datus
tantum. 2do motus est in omnibus conciliis gene-
ralibus, ut ea, quæ jam antea in aliis conciliis statuta
fuerint, ad apicem observentur. Jam legitur in pro-
fatione concilij Niceni, quod semper pro regula fidei
habendum est hęc verba: // quod Ecclesia Romana nullis
synodicis decretis, præsertim coloris Ecclesie, sed Evan-
gelica voce Domini et Salvatoris nostri, primatum ob-
// tinuit, ubi dicit beato Petro: tu es petrus.

Et in concilio Romano sub Sylvestro Papa celebrato
 can. 20. sic habetur: «nemo iudicabit primam sedem,
 quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant
 temperari, neq[ue] ab Augusto, neq[ue] ab omni clero, neq[ue]
 à Regibus, neq[ue] à populo iudicabitur.»

Item concilium aconenicum florentinum sic ait: «Item
 Definimus sanctam apostolicam sedem et Romanum pontificem
 in universum orbem tenere primatum, et ipsum pontificem
 Romanum suae sedis esse beati Petri Principis Apostolorum,
 et verum christi vicarium, totiusq[ue] Ecclesiae caput, et omnium
 christianorum patrem et doctorem existere, et ipse in beato
 Petro pascenti, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam
 à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem habitam
 esse, quoadmodum etiam in quibus aconenicorum concilio
 et in sacris canonibus continetur. datum florentiae in sessione
 publica Synodali anno 1439.

Notandum: hoc Concilium florentinum postquam quidem
 esse concilium constantiense et Basiliense, sed quia utrumq[ue]
 convexit, sequitur, utrumq[ue] factum quoad hoc punctum
 fuisse illegitimum.

Jam sic dicitur si Ecclesia Romana nullis synodicis degetis
 violata est alicuius Ecclesiae, sed Evangelica vox si
 prima sedes à nemine iudicatur: si Pape in beato Petro
 pascenti, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam
 à Domino nostro Iesu Christo vel plena potestas tradita
 fuit, qua veritate hoc concilium definire potuit, quod
 Papa ei in omnibus obedire debeat, et si contempserit
 condigno poenitentiae subijciatur et debite puniatur?
 Quod concilia generalia hanc potestatem immediate à
 Christo accepissent, dicitur tantum, sed non probatur.

N. 165.

in toto novo testamento nec sola invenitur de hac
 potestate nisi Math. 18. 20. ubi christus ait: "ubi fuerit
 " duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in
 " medio eorum " qui textus conciliis applicari potest,
 quibus christus assistentiam suam promisit. sed bene
 notandum si patres in nomine christi congregati fuerint
 id est, si de doctrina et fide christi questio agitur,
 unde et iterum dicit Math. 10. 19. cum autem laudent
 " vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini,
 " dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini,
 " non enim vos estis, qui loquamini, sed spiritus patris
 " vestri, qui loquitur in vobis " neque una questio
 et definitio debet contradicere aeterni, sed secundum
 scripturam faciam utraque decerni debet. cum igitur
 christus ipse petrum caput sua Ecclesiae constituerit,
 et super ipsum eam fundaverit, quae auctoritate
 concilium ipsum sibi subijcere audeat? an non ergo
 sic facta scripturae contradicit? an non sic clare
 se prodit, non ex ore spiritus sancti locutum fuisse?
 » non est deus deus dispensationis, sed patrum: cor. 14. 32.
 Item alia concilia generalia supra citata, quae
 etiam spiritu sancto se congregata fuisse gloriantur,
 e diametro contrarium docuerunt, quodnam ergo
 veritatem docuit? unam ex contrariis necessariò debet
 esse falsam, an priora et posteriora an hoc con-
 cilium constantiense? de veritate priorum et posteri-
 orum nemo unquam dubitavit, bene autem de con-
 stantiensi, saltem quoad hoc punctum, quod nullus
 pontificum approbavit, minus practicum fuit.

Hinc et quod est falsum est, quod addunt, nimirum
concilia generalia non accipere firmitatem à con-
firmatione Pape, sed ex se ipsis, quia Pape tantum
unum suffragium habet, sicut ceteri Episcopi; nam in
primitiva Ecclesia semper credidit, concilia generalia
nullum robur habere, nisi confirmationem à summis
Pontificibus acceperint. Sic concilium Nicenum
à Sylvestro Pape confirmationem petiit, et accepit.
Vide Mansi concil. Tom. 2. fol. 719.

Tenor autem huius confirmationis hic est: «Sylvester
Episcopus sancte et Apostolice sedis Urbis Romae dixit:
quod quod in Nicæa Bythinica Constitutum est ad robur
Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholice à Sanctis Sacerdotibus
318. nostris ore confirmamus. omnes qui ausi fuerint
dissolvere definitionem sancti et Magni Concilij, quod
in Nicæa congregatum est, sub presentia præcipui
et venerandi Principis Constantini Augusti anathe-
matizamus. et dicentur omnes placet.» vide con-
cilium Romanum sub Sylvestro habitum.

Julius I. Pape in Ep. authent. 4. quam scripsit a. 342.
ad Eusebianorum litteras circa finem sic ait: «cur
igitur et in primis de Alexandria civitate nihil
nobis scribere voluistis? an ignari estis, hanc
consuetudinem esse, ut primum nobis scribatur, ut
hinc quod factum est, definiti possit? quapropter
si isthinc huiusmodi suspicio in Episcopum con-
cepta fuerat, id hinc ad nostram Ecclesiam referri
oportuit.» ex quibus patet, ut iudicia Episcoporum

legitime exerceantur, in primis ad Romanum Pontificem scribere oportet, à quo quid definiendum sit, accipiant.

Concilium Sardicense generale à 347. celebratum pro confirmatione ad Julium Papam ita scripsit:

1) hoc est enim optimum et valde congruentissimum esse videtur, si ad quod, id est ad Petri apostoli sedem de singulis quibusque provinciis dominis referantur sacrosanctae.

Concilium generale constantiense à 381. habitum à Damaso Papa confirmatum fuit. Marf. Tom. 1. fol. 58.

Concilium sicut constantinense à 383. à vigiliis Papae confirmatum fuit. Marf. Tom. 9. fol. 414.

Concilium Lateranense à 649. à Martino I. confirmatum fuit. Marf. Tom. 10. fol. 1170.

ad quid hic omnes confirmationes referre? an hic nos non ab exordio Ecclesiae usque ad concilium Tridentinum semper observatus fuit? et si haec concilia confirmatione Papali non indigent, quare Patres Concilii Constantiensis ipsimet, qui Papae sibi subijcere debent, confirmationem à Martino I. petierunt? an Superior ab inferiore confirmationem petit? an non sibi metipso contradicunt?

Nec dicant, concilium hoc ideo fecisse, ut et Papa tanquam membrum concilii, actis concilii consentiret, ut in posterum omnis eis de hac re tollatur. Sed

faciunt. ipse quidem Martinus I. tanquam Cardinalis concilio interfuit, et in sep. 41. Papa electus quatuor

uestimis superioribus profedit, in quibus tamen nihil
 de hoc puncto statutum fuit, at tamen nihil aliud
 confirmavit nisi illa decreta, quae fidei materiam
 spectabant, et conciliariter edita fuerunt, ut ex eius
 confirmatione patet. Decreta autem sep. 4. et 5. nec
 ad fidem pertinent, nec sunt facta more aliorum
 conciliarum, quia non proprio diligenti examine,
 nec expressis aliis actibus concilii, sed eos ante-
 verendo. ino Martinus V. hoc decreta confi-
 mare non potuit, quia hoc potestas supra con-
 cilium non est, personalis, sed ad huc fidei apostolica.

Ex quibus clare deducitur, concilia generalia N. 167.
 non ex se ipsis firmitatem habere, sed ex confirmatione
 papae, quia si hanc firmitatem ex se ipsis haberent,
 nunquam ~~esset~~ corrigi aut omnino tolli possent.
 atque hoc iam saepius factum fuit, ut notissime
 patet in concilio constantensi et basiliensi, quod
 utrumque in concilio florentino, Lateranensi et
 Tridentino non tantum correctum, sed et contrarium
 statutum fuit.

Fallunt quoque in hoc, quod papa non nisi unum N. 168.
 suffragium habeat sicut ceteri episcopi, nam papa
 non tantum habet suum suffragium, sed et potestatem
 omnia suffragia episcoporum confirmandi aut rejec-
 endi. igitur est, pro necessitate ecclesiae concilia in-
 diare, materias in concilio definiendas prescribere,
 et definitas confirmare, ad iustitiam beati apostoli,
 qui in concilio ierosolymitano non tantum in-

dixit, sed et materiam prescripsit esse S. Scriptura
 act. j. ubi ait: in diebus illis, exurgeret Petrus in
 // medio fratrum dixit: viri fratres, quatenus implere
 // scripturam, quam predixit spiritus sanctus per os David
 // de Juda - qui supensus et quid medius, et diffusa sunt
 // omnia viscera eius --- quatenus ergo ex his viris, qui
 // nobiscum fuerunt congregati in omni tempore ---
 // nobiscum fieri unum ex his, et statuerent duos,
 // Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus
 // est iustus, et Mattheam. et orantes dixerunt: tu
 // Domine, qui corda nostri omnium, ostende, quem
 // // elegeris ex his duobus unum accipere locum magis
 // // leui huius et apostolatus, de quo provaricatus
 // // est Judas, ut abiret in locum suum. et quam potesta-
 // tem non habent ceteri Episcopi nisi quod concilia
 // provincialia et diocesana, quod ius ipsi canones
 // eis tribuunt, quod propterea non sunt infallibilia
 // quia juxta circumstantias temporum variari
 // possunt, et a Pontifice ordinari non confirmantur.

N. 169.

Cum autem concilia generalia firmitatem suam
 a confirmatione summorum Pontificum primum
 accipiunt, ratio est, quia Christus Luc. 22. 32. soli
 Petro dixit: // Simon, Simon, ecce Satanas expetivit
 // vos, ut calcetret sicut triticum: ego autem rogam
 // pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando
 // // convulsus confirma fratres tuos // ex quibus verbis
 // infallibilitas Pape clave demonstratur. sed

N. 170.

Opponunt nostri Libertini et dicunt: si quis dixerit

Papam ex cathedra loquentem non esse infalibilem
 non tenetur probare, quia homo est sicut alij fallibilis;
 deinde unitas essentialis Ecclesie, seu unitas in dog-
 matibus potest conservari sine infalibilitate Papae,
 quia sua natura non est connexa cum Primatu
 Papae, sed hoc refidet penes consensum omnium
 Episcoporum.

Denique infalibilitas Papae requirit potestati
 Hierarchiae Episcoporum et conciliorum generalium,
 quia sic Episcopi non haberent suffragium definiti-
 vum, sed Papae iudicio subicerentur.

Ad primum tetarqueo argumentum: si quis dixerit,
 hunc novum professorem aut doctorem ex cathedra
 loquentem esse mendacem, non tenetur probare,
 Ratio est: quia teste scriptura omnis homo mendax est:
 atqui iste est homo; ergo mendax. Syllogismus est
 in forma, et innegabilis quoad omnia membra.
 si ergo hic professor aut lector non vult esse men-
 dax, necessario inter actionem et actionem distinguere
 debet, quod vix poterit, quia ex cathedra hoc locutus est.
 aliter res se habet cum Papae. Papae est homo, et
 ut homo est fallibilis, non potest in Petro, qui per
 Magistrum suum negavit. sed quando loquitur ut
 vicarius Christi et ex cathedra Petri, tunc debet esse
 infalibilis, alias Christi oratio, ne deficiat fides eius
 esset inanis, quia porta inferi prevaleret adversus
 eam. nam in hoc casu non ipse Papae quatenus homo
 loquitur, sed Spiritus Sanctus est, qui in ipso loquitur.

206
N. 171.

q mundo

q vide concilium
chalcedonense acti-
one etc.

q quo sola infal-
libilis est, quia
veritas est.

N. 172.

ad 2dū quæro, an quia juxta doctrinam huius
professoris, infallibilitas consistit in consensu om-
nium Episcoporum, omnes Episcopi sint infallibiles, &
sanè si omnes essent infallibiles, omnes essent appro-
bati, qui in toto dispersi eandem doctrinam ubiq; abiq; con-
ciliis ubiq; spiritu sancto inspirati, redderunt.
quod autem Episcopos noscimus, qui hæreses, &
hæreses invenerunt, et Ecclesiam conturbaverunt?
ubi unquam celebratum fuit concilium, in quo non
sunt fuerint sententia et opiniones, quod equita? ergo
nullus Episcopus fuit infallibilis. si autem ista
infallibilitas consistit tantum in consensu omnium
sicut argumentor: quotiescumq; in conciliis dogma
fidei definiendum proponitur, toties rationes ex S.
Scriptura, traditione et prioribus conciliis, pro et
contra afferuntur, ex quibus, quod verissima videtur,
hæc eligitur, et Episcopi conviti ei consentire
tenentur. Nam si hoc, infallibilitas non se locet
ex parte consensu, sed ex parte veritatis, et con-
sensu omnium nihil aliud confert, quam ut ab omni-
bus, veritas agnoscat, et observetur. exemplum
habemus in aliis conciliis, quod reprobatæ fuerunt,
nam licet omnes Episcopi in res definiendam
convenissent, tamen res sic definita infallibilis non
erat, quia alias reprobari non potuisset, et quare hoc?
quia res definita in se vera non erat.

Cum igitur Episcopi in definiendo non sint infal-
libiles, necessario requiritur, ut res definita fiat in-

fallibilis: confirmatio^{one} illius, cuius fides non deficit,
 et cui christus dicit: quocumque ligaveris super terram
 aut solveris, erit ligatum et solutum et in caelis.
 atque adeo in dogmatibus non potest conservari sine
 infallibilitate pape, quia sine confirmatione illius
 nullum dogma est infallibile, pro infallibilitas
 cum primatu pape ita connexa est, ut ab illo separari
 non possit, quia à christo Eusebio concessa est, qui
 semper manet, et consequenter etiam illi, qui Eusebiam
 regit. sed

quoniam essentialis

Reponunt: an non etiam pape in definiendo er-
 raverunt? an non Liberius formulam arianam
 fidei subscripsit?

N. 173

Item vigilius merito erroris et inconstantis ac pro-
 variationis reus dicendus est, quod semel suo constituto
 tria capitula defenderit et probaverit, et postea
 ad concilium constantinopolitanum II. et imperatoris
 mentem auedens eadem vicissim, hoc concilium
 oecumenicum approbando damnaverit.

Item in concilio III. constant. Honorius damnatus
 est, eo quod Monothelitis favisset.

Re. Liberium nunquam haereticum fuisse. subscripsit
 quidem aliquam fidei formulam, in qua verbum
 consubstantialis omnium erat, sed propterea haeresim
 arianam non defendit, sed fraudem advertebat statim
 aliam fidei formulam scripsit, quae omnes ab Eusebio
 Communione arceret, qui filium patris non secundum
 substantiam, et per omnia aequalem dicerent.

Subscripsit etiam damnationi Atharasy non ad
causam fidei respiciens, sed ad crimina alia, quae illi
falso obijciebantur, et quod Liberius non cessò si-
edat esse falsa. cognita autem falsitate longe aliter
sensit.

Quod vigiliam spectat, sciendum, quod in hoc con-
cilio et disputationibus de tribus capitulis nulla fuit
questio de fide, sed tantum de personis. questio autem
quod non erat de fide, sed de personis tantum citra
periculum erroris in fide vel alterius cuiuscumque
crimini pro circumstantiarum varietate affirmari
quandoque, et negari quandoque poterat, idcirco exigentibus
Pais et Eufesio bono, ut in hoc vigiliam casu, nam
cum in africana occidentali Ecclesia schisma
fuit ortum, ex eo quod Summus Pontifex vigiliam
ad sententiam Imperatoris hoc tria capitula im-
pregnantis declinasset, huiusmodi schismatis
occidentalis Ecclesiae tollendi gratia opus fuit,
ut pro deseruare trium capitulorum constitutum
ederet vigiliam, cuius vi occidentales orientales
unirentur Ecclesiae, et vitaretur Chalcedonensis
Concilij contemptus à trium capitulorum impug-
natoribus intentus. cum vero post finem Riuij
Concilij, schismatis longe majoris immineret peri-
culum, ut utraque orientalis ab occidentali separanda
perata prius heresi, metueretur Ecclesia, si Concilium istud non pro-
basset, et à Concilio damnata tria capitula
non damnasset, ideo hoc in casu, in quo nullum
erat fidei nocendi periculum, sed contra novi

q. quod Theodoretum
et alios auctores
trium capitulorum
iterum in Consi-
onem receperat, ab-
perata prius heresi,

Concilij contemptus à trium capitulorum impug-
natoribus intentus. cum vero post finem Riuij
Concilij, schismatis longe majoris immineret peri-
culum, ut utraque orientalis ab occidentali separanda
perata prius heresi, metueretur Ecclesia, si Concilium istud non pro-
basset, et à Concilio damnata tria capitula
non damnasset, ideo hoc in casu, in quo nullum
erat fidei nocendi periculum, sed contra novi

schismatis nova timenda ratio, priorem mutant
 sententiam, et istud concilium approbans, tria
 capitula cum concilio damnavit: qua in re, nec
 erroris nec inconstantis, nec provaricationis reus
 dicendus, sed de summa prudentia et sapientia, aecono-
 mia laudandus, est vigilans, in hoc Paulum aposto-
 lum prudenter imitatus, qui quantumvis antea
 in concilio Ierosolymitano fuerat pro abroganda
 circumcissione suffragium tulisset, nihilominus sub-
 orta circumcidendi causa Timotheum circumcidit
 ut legitur act. 16. 9. namque scandali emergente periculo
 seculo ad tempus se in disimulanti in faciem restitit.

Quod Honorium attinet, lata est quidem in illo
 concilio sententia in monothelitas omnes et nomi-
 nationem Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum
 ino et in ipsum Honorium, eiusque ad Sergium litteras,
 sed mendose ut notat Binusius, et per impossivam
 Theodori constantinopolitani Episcopi, quem Synodali
 iudicio de haeresi condemnatum fuisse testatur
 Anastasius in vita agathonis, cuius nomen eius
 nullibi reperitur in actis concilij. is enim Theodoretus seu Theodorus
 cum vitaliani nomine invito Imperatore e sacris
 dyptichis expulsi, non tantum Episcopatu pri-
 vatus, sed etiam propter haeresim a concilio damnatus
 fuit, ei substitutus georgio: sed post obitum georgij
 orthodoxum se esse simulans sequenti anno sedi
 suae restitutus est teste Nicephoro in chronico natus
 itaque exemplar originale concilij ea occasione

ut illud auctoritate pontificia confirmandum
ad Leonem II. mitteret, suo ubiq; nomine expuncto,
in odium honoris pontificis nomen Honorij ubiq;
substituit, et sic acta concilij in Honorij causa
corripit. quod ex Epistola Agathonis ad constanti-
num dogmatum missa, et in hoc concilio lecta,
laudata et probata, satis constat, in qua sic ponti-
fex ait, nullum predecessorum suorum et consequentium
etiam Honorium in fide errasse. qui igitur in hoc
puncto contra sumos pontifices ab hereticis par-
gentur, vera sunt signenta, verba et fraudes.

N. 174.

ad stud. quod infallibilitas hujus respicit
Hierarchia, concilij generalibus, quia sic Episcopi
non habent suffragium definitivum, sed hujus
judicio submittentur.

Quod quoro: quid est Hierarchia? nunquid est ordo,
quo in aliquo statu subordinantur membra suo
capiti, ut unumquodq; suo fungatur officio? hoc
Hierarchia in unaquaque diocesi, in qua inferiores
Presbiteri, archipresbiteri, archidiaconi, pastores, et
Rectores subordinantur Episcopo ceu capiti suo. quia
ergo Episcopus est caput, et potestatem majorem et in
omnes habet, an propterea hoc potestas respiciat
Hierarchia? non, sed magis conservatur. jam an
non magis prodest, quam obest Hierarchia universalis
Ecclesie, si caput illius est infallibile? an non sic magis
conservatur unitas essentialis Ecclesie, quam si hujus
esset fallibilis, cui nullus subordinatus ei certo credere
posset?

Et quomodo hoc infallibilitas concilii generalibus
 repugnare possit, cum potius per hanc infalli-
 bilitatem res in conciliis definita firmetur?

Sane Patres aliorum conciliorum generalium longe
 melius seferunt, quam libertini nostri. cum in concilio
 Chalcedonensi actione 2^a Epistola Leonis h^{oc} in
 qua fides catholica exposita erat, Episcopi omnes
 clamaverunt: hoc habet fides, hoc apostolorum

q: quid est decima
 in numero: 1
 & cetera fuerit,

fides. omnes ita credimus. anathema qui ita non
 credit. Petrus per Leonem locutus est. Apostoli ita
 docuerunt. et in actione octava: post deum Leo
 iudicavit. an ergo hi Episcopi Leonem non ut
 infallibilem agnoverunt, dum se tam prope ita
 dantes submisissent? an propterea hoc concilium
 cessavit esse generale? non, sed a tota Ecclesia ut
 tale agnitionem fuit. sed

ajunt, ad quid ergo suffragium definitivum Episco-
 porum, si Papa iudicio subiecti sunt?

N. 175.

R. suffragium definitivum per se Episcopos semper
 manet, et est propterea non inutile, jam sic dico:
 quilibet Episcopus habet suffragium definitivum,
 an propterea quilibet pro suo libitu aliquid de-
 finire possit? o qualis exinde oriretur confusio!
 ut autem h^{oc} evitetur, quomodo quilibet suum
 suffragium dare debeat, ut unitas conservetur?
 modum videmus in concilio Chalcedonensi. in
 actione 5^a committitur quibusdam Episcopis cum
 vicariis, quostalis sedis et Anatholis archiepiscopo
 constantinopolitano, ut definitionem de fide inter

se ordinarent, cui omnes postea aperiendi deberent.
 et quare hoc? ut propter consensum omnium fiat
 definitio universalis, quam nemo amplius revocare
 potest. consensus ergo omnium facit legem universa-
 lem, siue dein veritas proponatur à papa vel aliis
 de concilio, quod veritas non influit in suffragium
 sed tantum dat ansam ad aperiendum. Cuius ergo epis-
 copi iudicio papa se subijciant, suffragium nihilominus
 ipsi eorum manet, quia non potestas papa, sed
 veritas illos ad aperiendum cogit.

N. 176

Ex hac re male intellecta pessime deducunt nostri
 libertini, quod regimen Ecclesie non sit perfectè mon-
 archicum, quia Episcopi sunt a quo siue vicarij christi
 siue papa; nam falsum est, quod Episcopi a quo siue
 cum papa sint vicarij christi. Episcopi potestas ligata
 est ad suam diocesim, ubi contra potestas papa se
 extendit super totam Ecclesiam, quia non una, pro-
 vincia, sed tota Ecclesia super se habet fundata fuit,
 ergo a quo siue cum papa? verum est, Episcopos in
 ordine et ex institutione christi exercere suam potesta-
 tem in suis Ecclesiis, sed propterea regimen Ecclesie non
 cessat esse monarchicum. nam sic dico. Regimen mo-
 narchicum consistit in hoc, quod totum regnum regatur
 ab uno plenitudinem potestatis habente, et independente
 ab aliis: jam christus est rector Ecclesie cum pleni-
 tudine potestatis independente ab aliis: ergo ipsius regimen
 est monarchicum. hoc argumentum nemo negare
 potest. Nec obest, quod christus hoc regimen exerceat
 per vicarium, quia ipse semper manet quod et rector

primarius Ecclesiarum, sicut Rex qui ad tempus vires Regem
pro se constituit, semper manet Rex et Rector primarius.
Dein Christus suo vicario Regimen Ecclesiarum ita con- ^{7 non}
credidit, ut ipse pro Cubitu eam regeret, sed secundum
procepta et leges suas, et semper dependenter ab ipso,
quia ipse est, qui non solum Ecclesiam, sed et Ecclesiarum
Rectorem regit et regere debet, consequenter ipse semper
manet Rector primarius. nec obest iterum

quod Episcopi à spiritu Sancto potestatem regendi acquirunt
sicut Papa à Christo, nam magna distinctio intercedit
inter Papam et Episcopos. Papa accipit suam potestatem
cum plenitudine potestatis: quidquid ligaveris aut
solaveris per Episcopos dependenter à Papa, quia licet
habeant potestatem regendi, tamen regere non possunt
sine jurisdictione actuali, quam primum à Papa
acquirere debent, quod perfectò Monarchia non officit
quia saltem quoad jurisdictionem ei subiecti sunt.

Dein ipsi adversarij contendunt regimen Ecclesiarum
esse Hierarchy, quod fore subsistere non potest
sine Monarchia: nam in qualibet Hierarchy debet
esse subordinatio: hoc subordinatio autem necessario
requirit Superiorem, cui omnia subordinantur: cui
autem omnia subordinantur, ille debet esse Rector
universalium, consequenter et Monarcha, nam si
sibi equalem haberet, non esset Rector universalis.

Sane quo Recursus diximus, ita perspicua et
clara sunt, ut Libertini nostri ne minimam Nobam
pro stabilienda sua sententia ex concilio Constantiensis
deducere valeant. videamus ergo etiam Basileense.

214
N. 177.

Concilium Basileense.

Cum in constantiensi concilio sep. 39. decretum
esset, ut post finem concilio quinquennio con-
vocaretur aliud, et post illud finito septennio in deca-
nium generale haberetur concilium, designareturq.
in fine alius proximè futuri concilij locus: Summus
Pontifex Martinus V. qui constantiensi proerat
concilio de comuni habere consensu proximè futurum
sepis celebrandum indicit aliorum, debitoq. tem-
pore hoc est a. 1423. Proelatos, qui illud inchoarent,
nihil sedis apostolicae nuntios, sed cum papae postis
grataretur, preceit pontifici concilium transferre
Venas, ubi prima habita est sessio, in qua wileffarum
et Husitarum heresum confirmata damnatio capta
deinde de grecorum cum latinis unione tractati,
nisiq. fuerit constantinopolim ad patriarcham et
Imperatorem à Martino V. nuntij. verum cum in-
impesterum esse hanc de re tractatum responderet
Imperator, nihil conclusum, at solum rem non de-
serendam, sed in tempus aliud referendam decretum
est, actumq. postea de reformandis Ecclesie moribus,
et tandem ob exiguum Proelatorum numerum et
ingruentes undiq. bellorum proelas, sed maxime metu
Alfonsi aragonis Regis aliorumq. nonnullorum
schisma renovare conantium, Panense concilium
dissolvit Martinus, aliudq. septennio post, ex con-

stantiensis decreto. Basilea celebrandum indicit,
 et re ipsa à Senensis concilij sine expleto septennio
 Juliano Casarum cardinalem diaconum S. Angeli
 Legatum à Calere misit, et Basiliensis concilij pro-
 xime futuri profidem instituit. interim mortuus est
 Martinus V. et ei successit Eugenius IV. qui con-
 cilij indictionem ratam habuit, et ut eodem Juliano
 Legato profide celebraretur edixit aº 1431.

Cumq; jam ex universo orbe Latino ingens batrum
 multitudo Basileam inde conflueret, jamq; inchoata
 Synodus sub specie reformandi Ecclis, fideliumq;
 mores, statim sep. 2. et 3. ceperunt proque Ecclis
 Romano privilegia abolvere, innovaruntq; con-
 stantienfis concilij decreta, de concilij æconomici
 potestate à christo immediati data, eiusq; supradictam
 auctoritate. audiens hoc Eugenius IV. Legatum
 suum revocare et concilium dissolvere decrevit,
 aliudq; post annum cum dimidio Bononie celebrandum
 indicit, ea potissimum de causa, quod incunode
 quæcorum cum Latinis unionis à grecis electa synodus
 videretur Bononia quam Basilea. huic decreto
 fortiter resistere batres concilij Basiliensis, asser-
 entes concilium legitime congregatum à nullo quavis
 auctoritate etiam si Regali fulgeat dignitate, posse
 dissolvi et alio transferri nisi volens.

Sic multumq; hoc in aspidio perseveratum est,
 donec tertio altercationis anno hoc est aº 1434. dum
 haberetur concilij sessio 18. allaborantibus Regis Sigi- 7 Legatis
 mundi Imperatoris et Caroli VII. Francorum Regis

Eugenius IV. suum decretum revocavit, et Concilium
Basilense continuandum permisit.

His ita compositis et vicissim utriusque reciproci decretis,
dum Basilea concilium continuaretur et sessio 25.
haberetur, aliud inter ipsos concilij patres actum est
disidium circa futurum concilij locum pro invenienda
cum quodam unione. Legati apostolici cum multis
episcopis elegerunt Florentiam aut utinam, alij
Basilicam, vel avinionem vel Sabaudiam. Eugenius
priori parti adhaesit, et cum consilio Cardinalium
archiepiscoporum et episcoporum Basileense concilium
Ferrariam et postea Florentiam transtulit. ex
quo irritati patres Basileenses Eugenium papam
deponere, et anathema à Sabaudia sub nomine
Felicis V. ex Eremita in hanc elegerunt, et sub
trospidio huius antipapae Basileense concilium con-
tinuaverunt, dum interim Eugenius IV. Concilio
Ferrariae et postea Florentiae praesedit. hoc schisma
duravit usque ad annum 1442. ubi Felix antipapa
ad pacem Ecclesiae dandam sponte se abdicavit
antipapate.

Licit ergo concilium Basileense post eius dissolutionem
cessavit esse oecumenicum, nihilominus patres
sess. 32. damnarunt concilium Ferrariense cum ipso
Eugenio, et tres propositiones tanquam fidei veri-
tates definirunt.

1. quod concilium generale universalem representans
Ecclesiam sit supra papam et quolibet alicuius.
2. quod papa non possit concilium legitime congre-

7. propter papam

gatum sine eius consensu dissolvere, vel ad tempus
aliud prorogare, vel de loco in locum transferre.
3. qui has propositiones pertinaciter impugnat he-
reticus est.

Nunc duo habemus concilia generalia simul,
nimirum Basileense et Florentinum. quodnam ex
illis est legitimum? Basileense sane non, nam licet
sit legitime congregatum, quia tamen patres à
sacro concilio nimirum reformandi mores, fidelium
statim ab initio reaperunt, et solummodo intenti
erant, Romanorum Pontificem sua auctoritate privare
et decretis suis subijcere, quo materia ad concilium
non pertinebat, cum in alijs prioribus concilijs jam
definita fuerit, sequitur illud neq[ue] spiritu Sancto
fuisse congregatum, sed ex vero odio et passione
contra Papam, et sic legitimum non fuisse. patet hoc
ex tribus supra positjs propositionibus, quo non
solum pugnant contra definitionem aliorum
conciliorum, sed etiam rationem. nam quoad
prima quomodo potest concilium generale universalem
Ecclesiam representare si desit caput? an membra
requirunt à capite, vel caput à membris? aut quod
corpus est perfectum sine capite? quod autem Papa
cum capite defuerit, patet ex hoc quia concilium
dissolvit, et eius definitionibus nunquam assensit.
imò plures patres è concilio disceperunt, et secessum
se contulerunt, et sic et hi concilio non consenserunt.

Quoad 2^{da} est communis regula, quod qui legem
statuit, illam ab ipso iterum posse revocari. si ergo
Papa habet jus indicendi concilium, quare non etiam
iterum ipsum poterit dissolvere, resertim si causa
propter quam adfuit, sit huc factum?

Quoad 3^{ta} sequitur contrarium, quod ille sit hereti-
cus, qui Res propositiones defendit, via ex scriptura
facta certum est, Papam esse visibilem caput Ecclesie
consequenter etiam supra omnes alios Episcopos, ex
eod. casu, si Papa ipse fuerit hereticus, nam sic
ipso facto cessaret esse vicarius christi.

N. 178.

Maxe ergo concilium Florentinum concilium
oecumenicum, quia non tantum legitime fuit con-
gregatum, sed etiam presente utraque Ecclesia greca
et Latina et ipso Imperatore orientis Joanne Pala-
ologo, universalem Ecclesiam representabat, cuius
ipse Papa Eugenius IV. presuit, et venio utriusque Ec-
clesie ad apertum terminum prodire factum pervenit.

Quia autem et in hoc concilio inter questiones
primarias hoc erat, an Papa sit supra concilium,
sive quod idem est, an Papa habeat primatum super
omnes alios Episcopos, et sic ut supra ostendi, definitum
erat, cui definitioni postea et concilium Tridentinum
sep. 25. de Reform. cap. 21. accessit, ubi ait: «postremo
» 5. Synodus omnia et singula sub quibus cumque clausulis
» et verbis, que de morum reformatione atque Ecclesi-
»astica disciplina tam sub felic. Record. Pauli III. ac
» Julio III. quam sub Beatissimo Pio IV. Pontificibus

Maximis: hoc à sacro concilio statuta sunt, declarat,
ita decreta fuisse, ut in his, fava semper auctoritas
sedis apostolice et sit, et esse intelligatur. sequitur
recessario, Libertinos nostros nullam, probam ex
Concilio Basileensi pro sua sententia deducere posse.

N. 179.

Ut ut autem hoc vera et certa sunt, propterea tamen
eis sapita non fuit. Episcopi concilij Basileensis
fortiter persistebant in sua sententia, qui et à prin-
cipibus Laicis multis feliciebantur, quibus alias aucto-
ritas summi Pontificis summa in oculis est. et opportuna
ad hoc se offerebat occasio. juxta decretum concilij
Constantiensis post decennium ab ultimo concilio,
novum concilium celebrari deberet. instabant aliqui
papa, quod Julium II. imper in Pontificem sumum electum
ut novum concilium indiceret. saevabat hic quia vel
non valebat, vel non volebat, hinc Bernardinus de
Caravaia Hispanus et Federicus de S. Severino Eclesia
Romanae cardinales cum quibusdam alijs cardinalibus
venerunt Pisas deinde Mediolanum, et contra vo-
luntatem et auctoritatem summi Pontificis vocaverunt
Episcopos et Christianos attinges ad generale concilium
in predictis locis indictum, ubi eadem decreta concilij
Constantiensis et Basileensis, quod concilium sit supra
quam, de novo confirmarunt. erat hoc confirmatio
Carolo VII. Gallorum Regi augustissima, qui antea jam
in concilio Bithuricensi ad 1438. pragmaticam sanctionem
edidit, ut: a) cedat: gallici regni bono consulere, et
varia ab eo incommoda removeret, cuius primus articulus

sic sonabat: ut acceptores Basiliensis concilij de-
creta de auctoritate concilij generalis.

Hoc ut revocaretur pragmatica sanctio diu mult-
umq; rogarunt Summi Pontifices sed frustra: diu
multumq; resistere rogati Christianissimi Reges,
donec tandem post obitum Caroli VIII. eiusq; successorum
Ludovici XI. Caroli VIII. et Ludovici XII. hoc dispensis
sospita fuit per inita concordata inter Leonem X.
Rom. Pont. et Franciscum gallicum Regem a. 1516.

Non tardavit etiam Julius II. conciliabulo bifano
aliud concilium in Laterano congregatum opponere,
in quo tam pragmatica sanctio, quam alia acta et
gesta conciliabuli, rescissa sunt sub Leone X. Julius
enim sub ista sessione mortuus est, qui damnatio
supra dictos cardinales, ita exterruit, ut in simplicis
habitu clericali ad pedes Summi Pontificis prostrati
veniam petierint, eamq; post solemnem schismatis
abjurationem obtinuerint. et quia idem hic Leo
sub hoc tempore concordatum gallicum cum Franciso
Rege ^{erexit} ~~conferavit~~ in Sept. 11. 19. Dec. 1516. publicata
fuit pragmatica sanctionis abrogatio, eiusq; in eorum

q. de novo grandinita conventio, sancitumq; est Romorum Pontifi-
jam in Synodo cem pro tempore existentem, tanquam auctoritatem
Nicaena II. a. 781. supra omnia concilia habentem, conditionum indi-
art. 6. jam fla- cendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenam
ditum fuit. ius et potestatem habere. et sic tota auctoritas Con-
cilij Basiliensis destructa fuit. vide hanc constituti-
onem l. sept. decret. lib. 3. tit. 7. c. 1. Pastor eternus. ad

12^m quod Episcopi in colorum Episcoporum dioceses
non nisi mediata jurisdictione concessa sit. libenter re-
sponderem, si expresse dicerant, quid per illam mediatam
jurisdictionem intelligant. saltem Episcopi eandem juris-
dictionem concedent, quam habent metropolitani in
suis suffraganeos, quia et jurisdictionis horum à Episcopo
dependet.

13^m Quod Pontifex jura adventitia obtinere non
potest nisi hac conditione hac expressa vel tacita
proposita, ut restituantur, quando salus Ecclesie id
poposcant, et ideo illa eo ipso invito iterum possunt
auferri, quia et ipsi Episcopi illa ei concedere non
poterunt, cum sint jura Ecclesie non personae.

Quantum arbitror, libertini nostri sub jurebus ad-
ventitiis intelligunt omnia jura, de quibus hucusque
locuti sumus. Sed affirmant huc aliqui, quod sane
non intelligunt. unde habent Ecclesie Episcopales jura
et privilegia? unde una Ecclesia majora jura
et privilegia quam altera? non ex se ipso, quia nulla
Ecclesia se ipsam fundavit. non etiam à Christo, quia
propter Ecclesiam Petri nullam aliam fundavit hoc ipso,
quia cetera omnes membra huius sunt, et suam funda-
tionem ex hac accipiunt. non etiam ab Apostolis,
qui quidem quaedam Ecclesias fundarunt, earumque suc-
cessoribus potestatem ad regimen Ecclesie necessariam
conceperunt, sed quoad jura haec adventitia nihil sta-
uerunt. nam si omnes Ecclesie quoad jurisdictionem
essent aequales, ubi esset hierarchia? ubi corpus christi

221
N. 180

N. 181

si omnes Ecclesie essent capita, et nullo membra?
 sequitur ergo nec paria omnes Ecclesias habere jura
 à Sede apostolica accipere, ut nemo negare potest,
 consequenter hoc jura respectu S. Pontificis non sunt
 adventitia sed propria, et adventitia solum respectu
 aliarum Ecclesiarum, quia non à se sed aliunde ac-
 ceperunt, et sic totum argumentum corrumpit.

N. 102.

14th quod in causis Ecclesiasticis merito Episcopi
 plus credendum quam Reges non meretur aliquam
 responsionem, quia hoc propositio plus supponit quam
 probat. hinc ad punctum sth ipsum respondeo:
 quomodo Princeps civitate agit, si Episcopi praejura ut
 jura jura antiqua iterum exercent? an Episcopi hoc
 jura antiquitus à Principibus obtinuerunt? si autem
 non obtinuerunt, quid illi Princeps procipere debet?
 si hoc jura à solo Rege dependent, et sine ipsius con-
 sensu exerceri non possunt, irrita et nulla erunt om-
 nia, quod Episcopi ex precepto Principis faciunt, quia
 Princeps hinc jurebus nullam validitatem dare potest.

N. 103.

Punctum 6th Princeps in suo Territorio potest
 novos Episcopatus, Primales erigere. West, favore
 possunt, ut pro necessitate populi, novi Episcopatus
 erigantur, sed instituire non possunt, quia hoc per-
 tinet ad potestatem Ecclesiasticam. non cogimus hanc
 potestatem unquam Principibus concessam fuisse, bene
 tamen quod Apostoli et successores eorum et postea
 quod apostoli erim sumi Pontifices novos Episcopatus exercebant et institui-
 non sunt ministri erim, tunde ergo moderni Principes hoc jus acceperunt?
 Principum sed dei.

Punctum 7m. Immunitas Ecclesiastica personalis.
 Tota ex privilegio Principum oritur, cuius Constantinus
 Magnus primus erat, quia nec ex scriptura, nec aliunde
 probari potest.

Q. Quia Libertini nostri sine omni scientia ex
 mera phantasia fabulantur, ideo omnes Romines sicut
 ipsi sunt, idiotas credunt. originem immunitatis Ecclesi-
 astice ex lege Moysi, ex Evangelio et jure civili jam
 supra N. 143. 144. probari, quare hic tantum pauca
 adhuc adijcio.

Verum est, quod Constantinus Magnus primus fuit
 qui lege civili immunitatem personalem approbavit.
 sed ex qua causa hoc fecit? an ex mera indulgentia
 et potestate caesarea? nil minus. Constantinus primus
 Imperator Christianus fuit, at quam primum Christum
 ut Deum agnovit, agnovit etiam Sacerdotes Christianos
 ut suos ministros. agnovit etiam illorum potestatem
 super omnem potestatem humanam, et sublimitatem
 illorum officiorum, ex quo condegit, se nullam
 potestatem in illos habere, sed ministros ipsius Dei esse.
 audiamus ipsius propria verba, quae in Concilio Nicensi
 ad Episcopos edixerat: "Deus vos constituit Sacerdotes,
 et potestatem vobis dedit de nobis quae
 judicandi, ideo nos a vobis recte judicamus, vos autem
 non potestis ab hominibus judicari -- vos enim nobis
 a Deo dati estis. Dicitur: conveniens non est, ut homo iudicet
 Deos." nam immunitas personalis non procedit a libero
 arbitrio Principis aut potestate laica, sed ex officio
 ministerii: sicut si Rex aliquem ministrum constituit,

propter ministerium personam Regis representat,
 et immunitatem et honorem accipit, et qui ipsum servit
 ipsum Regem servit: sic à pari de ministris Christi
 dicendum, unde et S. Paulus i. cor. 4. i. de se ait:
 "sic nos existimet Romo et ministros Christi et dispensa-
 "tores mysteriorum Dei." et Christus ait Luc. 10. 16. "qui
 "vos servit, me servit, et qui me servit, servit eum,
 "qui misit me." Constantinus igitur non erat primus
 qui immunitatem personalem concepit, sed qui eam lege
 civili primus publicavit, ut à suis subditis observetur,
 quod à predecessoribus suis vel potè gentilibus, et Deum
 verum non agnoscantibus, neque eius ministros offi-
 ciis non fuit observatum.

N. 185

Nec obest, quod communiter hic obijciunt libertini,
 quod Christus ipse Matth. 17. 26. didrachma solverit, et sic
 se non immunem pro sua persona crediderit; nam cum
 ab ipso tributum petebatur, ait ad Petrum: "quid tibi
 "videtur Simon? Reges terre à quibus accipiunt tri-
 "butum vel censum à filiis suis an ab alienis? et
 "Petrus dixit, ab alienis, statim Iesus respondit:
 "ergo liberi sunt filij. si ergo liberi sunt filij: subin-
 "teligitur: quanto magis ego, qui Regis legum naturalis
 "filius sum, cum mea familia, nempe meis, apostolis im-
 "munis ero ab omni tributo? ut autem non scandaliz-
 "emus eos, vade ad mare, et mitte ramum, et eum
 "piscem, qui primus ascenderit, tolle, et aperto ore
 "eius, invenies staterem: illum sumens da eis pro me altero,
 "itaque quia Christus quis est, declarare voluit, non ex
 "obligatione, sed scandalizandi causa tributum solvere

N. 186.

Christus non tantum oblinabat Reges terrae, ut se ipsum
 illis subijceret. cum contempse loquebatur de Math. 11. 8.
 de eorum pompa et voluptatibus. Luc. 10. 32. vocat Herodem vulpem. et cum in passione sua quidem accusas
 rebur Luc. 23. 9. non dignatus est ei vel ad verbum
 respondere. et cum Joan. 19. 10. Pilatus ei dixisset: «mibi
 non loqueris? respicis, quia potestatem habeo crucifigere
 te, et potestatem habeo dimittere te? respondit ei: non
 haberes in me potestatem ullam, nisi tibi datum esset
 desuper» ideo omne quod fecit, fecit, ut impleantur
 scripturae Math. 20. 54. et perficiat opus redemptionis
 nostrae.

N. 187.

Nusquam etiam legimus, quod Ecclesiam suam comen-
 dasse sit Principibus terrae, sed solum Patri suo caelesti.
 ait enim Joan. 17. 11. «jam non sum in mundo, et si in
 mundo fuerit, et ego ad te venio. Pater Sancte, serva
 eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum
 cum meo et nos. — non rogo, ut tollas eos de mundo, sed
 ut servas eos de malo. — non pro eis autem rogo tantum,
 sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me»

N. 188.

Neque Ecclesia unquam Principibus in acceptis retulit
 sua privilegia, ut patet ex decretis antiquissimis et
 canonibus conciliarum, sed ea semper statuit jura
 ordinationem divinam et traditionem apostolicam, ex
 quibus omnibus unicum solum locum ex Concilio Triden-
 tino Sep. 25. de Reform. Cap. 20. hic apparet, ubi sic lo-
 quitur: «Capitulum S. Synodus Ecclesiastica disciplina
 christiano populo non solum restituit, sed etiam per-
 servat, sed et ea, quae de Ecclesiasticis personis constituit,

et summorum Pontificum

11 saeculares quoque principes officij sui adnoscendo
 11 esse censuit; confidens eos ut catholicos, quos deus
 11 ~~sancto~~ fidei, Eclesiæque protectores esse voluit, jus
 11 suum Eclesiæ restitui, non tantum esse concepturos,
 11 sed etiam subditos suos omnes ad debitam erga deum,
 11 parvas, et superiores ordine, reverentiam revoca-
 11 duos, nec permixtos, ut officiales, aut inferiores
 11 magistratus Eclesiæ et personarum Eclesiasticarum
 11 immunitatem Dei ordinatione et canonicis fontibus
 11 omnibus constitutam, aliquo cupiditate studio, seu
 11 inconsideratione aliqua violent, sed una cum ipsi
 11 sine ipsis debitam facis fumorum pontificum
 11 et conciliorum constitutionibus observantiam
 11 præstent. Decernit itaque et præcipit favores canones
 11 et concilia generalia omnia nec non alia, quos-
 11 licas sanctiones in favorem Eclesiasticarum per-
 11 sonarum, libertatis Eclesiasticæ, et contra eius
 11 violatores editas, quo omnia præsentis etiam decreti
 11 innovat, ex parte ab omnibus observari debere &c.

N. 188.

Verum est, principes saeculares etiam Reges circa
 immunitatem Eclesiasticam sanxisse, sed non quasi ipsi
 inventores huius immunitatis fuissent, sed tantum
 confirmatores eiusdem, ut à populo magis observetur.
 quod ex sequentibus verbis clare patet.
 C. lib. j. tit. 2. de SS. Eclesiis Honorius et Theodosius
 cap. 5. ita loquuntur: omni innovatione cessante
 & vetustatem et canones justinos Eclesiasticos, qui
 usque nunc tenentur, etiam per omnes Illirios pro-

» vincias Ferrari precipimus
 Valent. et Marcianus ibi c. 12. ita statuerunt:
 » Privilegia, que generalibus constitutionibus uni-
 » versis sacrosanctis Ecclesiis orthodoxe religionis
 » retro stringes profitterantur, firma et inibata in
 » perpetuum decernimus custodiri. omnes sane prag-
 » maticas sanctiones, que contra canones Ecclesiasticos
 » interveni gratis vel ambitionis elicitæ sunt, robore
 » suo et firmitate vacuatas cesare precipimus. »

Theodosius Imperator ibi sic ait: » causa et inita esse
 » denunciari per totam Italiam precipimus omnia sta-
 » tuta et consuetudines contra libertatem Ecclesie
 » eiusque personas, inductas adversus canonicas et im-
 » periales sanctiones, et ea de capitularibus penites
 » aboleri mandat nova constitutio, et de cetero similia
 » attentata ipso jure nulla esse decernit. »

Ex quibus videmus, Imperatores Christianos semper
 in suis legibus canones imitatos fuisse. » quod et exim-
 » p. ait Justinianus in constitutione contra anthimum
 » Menno Patriarcha missa vide Mansi Concil. tom. 8.
 » fol. 1149. : » Sacerdotum sententia quoddam indignos
 » sacerdotio de sacris sedibus deposuit. — Totius Imperium
 » eiusdem sententia et ordinationis cum sacerdotum
 » auctoritate fuit: sicque divina et humana potes-
 » concurrentia unam consonantiam recte sententis
 » fecere. »

Non negamus Tyrannos quoddam fuisse, qui immu-
 » tatem Ecclesiasticam tollere tentarunt, sed nonari

prius debet, quo jure hoc fecerint, quia factum
iniquum non facit jus.

Prædictum quod jure suo agit princeps, si personas
Ecclesiasticas in omnibus causis Magistratus civili-
tam in civilibus quam criminalibus judicandas
et puniendas subiciat, et etiam si quis sit, ad
servitia civilia compellat.

Unde princeps habet hoc jus? qualem potestatem
habet princeps in Ministros alterius principis? ante-
quam quis princeps jus aliquod in alium exerceat,
opus est, ut hic jurisdictioni eius subitus sit, aliter
impune ei non paretur. jam certum est, personas Ec-
clesiasticas nulli principi seculari subitus esse, quia
Ministri Dei sunt, ut supra jam dixi, in quos nullam
jurisdictionem habet.

Sane qui hanc rem peritus scrutatus, daretur
dicere, quod aut principes in primis Ecclesiæ seculis
fuerint idiote, et homines nihil scientes, aut et
libertinos nostros solos sapientes, aut hos esse
scriptores impudentissimos, homines sine deo et
religione viventes, et principes antiquos veros
fuisse catholicos christianos, quia illorum leges
et statuta hinc nova doctrina è diametro contra-
dicunt.

Theodosius Imperator C. C. B. i. l. 5. c. 4. ait: " nec honore
" nec legibus Episcopus ad testimonium dicendum fla-
" gitebit. item dicit: Episcopum ad testimonium di-
" candam admitti non deest, nam et persona oneratur,

et dignitas sacerdotis exempta confunditur.
 Valent. Valens et Gratianus a. a. a. ibi c. 6. dicunt:
 "Presbyteros, diaconos atque Exorcistas et Lectores
 "officiarios et acolythos etiam personalium morem
 "expertes esse non volumus.

Et Valentinianus III. in Cod. Theodof. de Epis. Ecclaf.
 et de iuris l. 47. c. 2. statuit: "clericos etiam quos
 "indiscriminatim ad secularis iudices debere de-
 "ducis in faustus profumptos: Joannes Tyrannus, qui
 "honorio defuncto regnum invaserat, edixerat,
 "Episcopali audientis reservamus, his manentibus,
 "que circa eos sanxit antiquitas. fas enim non est
 "ut divini muneris ministri temporalium potestatum
 "subdantur arbitrio." vide Marfi. Conil. Tom. 4.
 fol. 529.

Hi nimirum summi principes obligationem suam
 erga deum melius fecerunt quam nostri Libertini,
 admonente eos S. scriptura: "fili in tota anima
 "tua time dominum, et sacerdotes eius sanctifica.
 "Euli 7. 31. "Cubia enim sacerdotis custodire fecerunt,
 "et legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini
 "exercituum est." Malach. 2. 7.

Prædictum quod. asylum non Episcopi, sed soli
principes jure proprio possunt concedere, jura enim
majestatica utpote ab imperio civili inseparabilia
propria auctoritate nemo nisi solus princeps ex-
ercere potest: sed jus concedendi asylum est jus
majestaticum: ergo p.

N. 190.

adhuc syllogismum distinguo minorem: jus
concedendi asylum pertinet ad jus majestaticum
Dei concedo: principum secularium nego. nam si non
habent jus majestaticum sed solus deus, qui est Rector
naturalis totius mundi, et isti sunt tantummodo
ministri eius, ut alibi jam probavi. dein quis est
auctor asyli? princeps vel deus? non illi sed deus,
qui primus moysi Deut. 4. 41. precepit, ut constitueret
civitates confugij, et postquam hoc privilegium
habebat Tabernaculum et aetate, prout Exemplum
habemus in adonia 3. Regi. 50. in joab 3. Reg. 2. 28.
et alius. sed

Reponunt: criminofus aut de crimine suspectus est
sub potestate principis, consequenter sine ipsius licentia
non potest asylum quodere, et sic in principis potestate
est asylum concedere.

Hic sane iterum sine ratione ratiocinantur nostri
libertini, nam quis unquam audivit, quod principes
ipsi criminofis conceperint asylum, cum statim post
fugam iterum repellerent ex Ecclesia? aut criminofus
dum fugit, fugit cum voluntate principis? nemo sane
hoc dixerit. est quidem sub potestate principis quando
sub potestate eius manet: si autem fugit in libertatem
non amplius est sub potestate eius, sed aeternus, et sic
nullam amplius jurisdictionem in eum habet, nisi ex-
tradatur. Ex quibus clare patet, asylum ortum non
habere ex concessione principis, sed ex ordinatione
Dei, qui suas domos liberas esse vult.

Sic fecerunt Theodosius et valentinianus dum a^o
 455. Cod. Theod. l. 9. tit. 49. hoc edictum fecerunt.
 " Jam si status complexus propter regiam majestatem
 " ~~confugium~~ prosequi miseris conciliat, quantum opus
 " illis debet esse paratum, qui salutis causa ad SS.
 " aeterna confugiunt: paleant proinde deprecis
 " magni Dei Tempia, supplices fugientes communis
 " suscipiat ara, nec ulla veluti superior cominatio
 " divinum auxilium, quod omnibus ex oquo se se
 " offert, ab eius odibus propulsare. vide Mansi
 Concil. Tom. 5. fol. 438.

Si ergo jus asyli se tenet ex parte Ecclesie vel loci
 deo dicati et hoc propter deum, an non potius Episcopi
 vel Rectoribus Ecclesie hoc jus competit quam Principibus?
 nam licet Ecclesie in territorio principum sita sint,
 non sunt tamen de eius territorio, quia deo sancti-
 ficata sunt, unde et ab initio Ecclesie superiores
 Ecclesiastici de hoc jure disposuerunt.

Punctum 10^{um}. Proscriptioni juri principum op-
 ponere eo minus licet, quo certius est, contra jura
 majestatica nullam valere proscriptionem, quia
 ab Imperio civili sunt inseparabilia, unde vera est
 propositio Lutheri: si Imperator vel Princeps Liber-
 tatem datam personis vel rebus Ecclesiasticis tollit,
 non potest ei resisti sine impietate et sine peccato.

Tandem aliquando nostri Libertini se ipsos produnt
 cuius Magistri doctrinam sequantur, nempe Magni
 doctoris Lutheri, cui etiam iam mordaciter adherent,
 ut dum hoc propositio à Sorbona damnata fuit,

responderint. Luthetum hic tam bene potuisse veri-
tatem dicere, quam Sorbonam eam damnando errare.
ergo hoc propositio in oculis eorum vera est. jam vide-
amus an vera sit.

Injunctum negatur suppositum, quod tam perfond quam
res Ecclesiastica suam libertatem principibus debeant,
nam personae a potestate laicali liberantur per mini-
sterium divinum, ut jam saepius ostendi, et res Ecclesi-
astica per oblationem Deo factam. sic enim Christus
ait Math. 23. 17. « Templum sanctificat aurum. et
« altare sanctificat donum. » jam si aurum, quod
infertur in templum, per templum sanctificatur, et
donum, quod altari imponitur, sanctificatur per altare,
sic aurum et donum sanctificatum nil amplius quod
comune sunt, sed sunt res Dei, ergo libertatem non a
principibus sed ab ipso Deo accipiunt.

Posito autem quod et ipsi principes hanc libertatem
suis legibus confirmarint, an propterea ipsi liberum
erit, eam iterum tollere? Justinianus Inst. l. i.
Tit. 2. §. 6. ait: « sed et quod principi placuit, legis habet
vigorem -- quodcumque ergo Imperator per Sissidum con-
« stituit, vel cognoscens decrevit, vel edito procepit, legem
« esse constat. » ergo juxta hoc effectum concessio li-
bertatis est lex: an igitur princeps pro lubitu hanc
legem iterum tollere potest? per hanc legem acquiritur
deus jus ad immunitatem, an ergo tollendo hoc jus
princeps non ageret contra justitiam? utique, quia justitia
« est constans et perpetua voluntas jus suum cuique tri-

«*buendi.*» Inst. l. i. §. i. de just. et jure. an igitur clerus
 princeps in Roelatu resistere non possit? imò tenetur,
 quia quod jure humano et divino acquisivit, sine
 maxima injuria dei sibi auferri permittere non potest.
 ubi est ergo veritas huius propositionis Lutherana?

Posito etiam quod modernus princeps talem legem
 non dederit, sed ab antecessoribus suis jam conceptam
 invenit, poteritne propterea eam tollere? antecessores
 sui habuerunt eandem potestatem imò majorem quam
 modernus princeps, cum igitur legem statuendo etiam
 suos successores ad observantiam illius obligaverint, quo
 jure modernus princeps talem legem tollere poterit
 cum non plus jure per hereditatem aut alio modo
 acquisierit, quam ubi possidetis? omnis enim here-
 ditas cum onere transit in heredem. item si cuius
 princeps licet concessiones antiquas, pactas, con-
 ventiones, exemptiones et privilegia et quidem in per-
 petuum concessa annullare, an non omnis fides,
 jus naturæ, et gentium, jura divina et humana tol-
 lerentur? Sed quia Libertini nostri ad hæc omnia at-
 tendunt, se solummodo fundant in suo jure majestatico
 cui Deus ipse et totus mundus subiectus est, et contra
 quam nulla proscriptio valet.

Hucusque mundus de nullo alio jure notitiam habuit,
 quam de jure naturali, positivo divino, gentium,
 Ecclesiastico et civili, quo omnia se fundant in solo
 auctore naturæ deo, in justitia, et sana ratione:

N. 192.

primum hoc seculo vulgo illuminato hoc jus è
 latibus plantatis in publicum eductum fuit, sed
 infelici successu, quia contra omnia mox dicta
 jura pugnat, et ea annullat, ut ex dictis patet
 et his paucis de novo demonstrato.

N. 193.

1^{mo} pugnat contra jus naturæ: vi juris naturæ
 unicuique homini libero liberum est statum quem
 dant eligendi, ad quem se à deo vocatum credit, et
 in quo sibi tam pro vita temporali quam eterna
 securus consulere potest. Contrarium docent nostri
 libertini, et dicunt, quod Princeps vi juris majestatis
 habeat jus in personas, quod vel vota nunciata
 vel ordines sacros suscipere sinit, et illi hunc statum
 prohibere possit.

2^{do} Deus prosequitur Deut. 6. Math. 4. 10. Dominum
 Deum tuum adorabis et illi soli servies. Contra
 item docent: Principi competit jus fructum proprium
 et perfectum impediendi, ne protestu Religionis
 Christianæ detrimentum aliquod civitati quomodo-
 cunque inferatur. ergo postposita religione solius
 mundo servandum est.

Item Christus ait Math. 6. 33. nolite solliciti esse de
 rebus terrenis, sed querite primum regnum Dei, et hæc
 omnia adjicientur vobis. Contra docent: officia
 affirmativa Religionis, quæ immediate ad Deum
 referuntur, officii civium in collisione cedunt, quia
 melius est promovere salutem civitatis absq[ue] detri-
 mento cultus Divini, quam colere Deum cum detri-

salutis civilis.

Item christus ait math. 7. 15. attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, in-
 trinsecus autem sunt lupi rapaces contra docent:
 Princeps tenetur subditis suis relinquere libertatem
 civilem religionis non solum veram, sed etiam cum
 cumq[ue] falso, si eius tolerantia civiliter vel necessaria
 vel utilis vel saltem innoxia sit.

Item: quilibet christianus tenetur etiam cum dispendio
 vite veritatem suae religionis tueri: sic enim praecipit
 christus luc. 9. 24. « qui voluerit animam suam salvam
 facere, perdet illam: nam qui perdidit animam suam
 non propter me, salvam faciet illam. » quid ad hoc nostri
 libertas? audi et osee 13. 9. Princeps quia princeps
 sicut ajunt: tenetur quidem religionem veram tueri, sed
 non quatenus vera est, sed quatenus est utilis ci-
 vitati. si igitur tolerantia religionis falso civitati
 pariter est utilis vel saltem innoxia, non est, cur
 princeps tunc subditis suis prohibere liceat. ergo
 libertas nostri religionem catholicam non plus offi-
 mant quam quavis aliam religionem falsam, quia
 iuxta illorum effatum princeps non tenetur illam
 tueri propter veritatem, propter christum, et propter salutem
 animae, sed tantum propter utilitatem civitatis, sicut
 hi christiani? an non sic publice atheismum salentur,
 in quo omnis et nulla religio pari passu ambulat?
 ad hunc omnes illorum propositiones inclinant, ut

ex dictis patet, et melius patebit ex dicendis.
 Quam futurum ergo fatebunt nostri libertini de sua
 doctrina? sententia jam lata est Lec. 9. 26. ubi christus
 ait: "qui me exuberit et meos sermones, hunc filius
 hominis exuberit, cum venerit in maiestate sua,
 et patris et sanctorum Angelorum."

Obio de jure gentium quod libet tantum concordant
 jus Ecclesiasticum aut negant aut pervertunt, et ex
 jure civili male intellecto tantum ea feligunt, quo
 doctrina illorum conformia videntur, contra ut anti-
 qua rejiciunt, ut pole. juri suo novo majestatico con-
 traria, quis ergo sapiens hoc jus ut verum jus agrosere
 potuit, quod neq. in jure natura, neq. divino positivo
 et aliis legibus fundatur, sed adhuc Evangelico
 doctrina e diametro contradicit?

Non diffiteor, jura Regia posse nominari jura
 majestatica, quia à summa maiestate procedunt, et
 ipsi Reges personam Dei representant, si modo intra
 limites exercentur, et præceptis divinis conformia
 sunt, at hoc jus ultra limites extendere, prout li-
 bertini nostri faciunt, non est jus majestaticum, sed
 vis iniqua et perturbatio maxima in Ecclesia. esse
 in potestate Principis caput ipsum Ecclesie ceteris
 Episcopis æquale declarare? in sacra se imiscere?
 doctrinam christianam et modum verbum Dei præ-
 dicandi proferbere? Episcopis eandem potestatem
 quam Regia habet, conferre? ipsi præcipere in votis
 solemnibus et matrimonio rato et consumato dispen-

fore, de quibus adhuc licet inter doctores est, an hoc
 supra possit: item propria auctoritate concilia
 convocare et Episcopatus erigere: Devotiones ab
 Ecclesia approbatas interdicare, officium divinum
 ordinare, et subditis libertatem naturalem se se deo
 devovendi interdicare: omnem immunitatem à deo
 ipso suo Ecclesie tam personalem quam realem concessam
 tollere, aras evertere, thesauros Ecclesie sibi appropriare,
 Christum ipsum ex tabernaculo eicere, loca sacra et
 templa deo dicata profanare, et hereticis extrudere,
 monasteria et alia pia loca ab aliis fundata
 sustollere, et sic continuam eandem Dei causam
 facere et alia adhuc plura huiusmodi attentare,
 sunt ne hoc omnia in potestate principis: quo ergo
 potestas remanet deo et Ecclesie: aliter in audita
 sunt hoc, quo non tantum Ecclesia omni tempore
 sed et ipsa gentilitas delectata fuit. et hoc sunt factus
 huius novi iuris obsequii. quis verus christianus
 istud ut jus agrosere poterit?

Verum est, quod desidia Episcoporum multum ad hoc
 confusionem contulerit, nam quia ipsi non invigilant,
 et sua iura defendunt, statim acclamatur: ergo ad
 principem pertinet, ut ipse ut advocatus omnia ordinet.
 imò non desunt, qui adulationis ergo vel ex timore
 dignitatis hoc omnia facta approbant, aut saltem con-
 vivunt. sed an resciunt, quid ipse Christus Luc. 21. 12.
 predixit dicens: ante hoc omnia injicient vobis
 manus suas et persequentur tradentes in synagogas
 et custodias, tradentes ad Reges et principes propter

N. 194.

¶ et strepitu
militum evigilati
¶ apostoli

¶ nomen meum. continget autem vobis in testimonium
¶ veritatis: dabo enim vobis os et sapientiam, cui
¶ non poterunt resistere et contradicere omnes adver-
¶ sarii vestri. si ergo sunt successores Apostolorum
quae non idem faciunt: videtur eos apostolos
tantum imitari in modo oliveti, ubi omnes dor-
mierunt. Ad Christum relicto fugerunt, dum ad passionem
ducebatur. aliter se gererant post auctorem spiritum
Sanctum, dum act. 5. 41. flagellati, ibant gaudentes,
¶ à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt
¶ pro nomine Jesu contumeliam pati. et cum Jesus
prohiberetur dare in nomine isto, respondens,
¶ obedire oportet Deo magis quam hominibus. ibi 29.
et act. 4. 19. si justum est in conspectu Dei vos potius
¶ audire quam Deum, iudicate. non enim possumus,
¶ quod vidimus, et audivimus non loqui. sane si
Episcopi omnes etiam in hoc apostolos imitentur,
omnis confusio tolleretur, nec proscriptio huius
jouis majestatis daretur locus, quia tolleretur ante
quam in consuetudinem transeat.

Responsiones ad objectiones

De jure principum circa bona Ecclesiastica.

N. 195

In puncto 1^o distinguunt nostri libertini bona Ecclesiastica vel in sacra vel aeterna, templas quae ad cultum divinum immediate pertinent, vel non sacra vel agra, vineas, ex quibus etiam bonaciviliter proveniunt, adeoque etiam bona civitatis sunt. si autem bene distinguere vellent, deberent etiam aliquam

distinctionem facere inter agros vineasque que vel
Deo immediate dicata, vel alio modo acquisita sunt.
nam primo modo sunt bona vere sacra, altero non sunt
civilia, sine magno discrimine inter ea intercedit, et
sub hoc discrimine

q. ad 2dem, quod jus natura tribuat principi facultatem
bonis Ecclesiasticis quibuscumque non factis tri-
buta imponendi. imo tenetur, si bona laicalia inde
gravantur. his addunt N. 106. quod etiam habeat
jus in bona spiritualia, et possit ea applicare pro lu-
bitu, quia sunt aere portum quid.

N. 196.

Per misericordiam Dei, quam in plebe iterum hic lo-
quuntur nostri libertini, an princeps vi juris nature
Princeps est? non sed omnes homines vi juris nature
aequales nascuntur. vel jus natura aliquid statuit
de bonis Ecclesiasticis, sed quomodo hoc, cum bona

Ecclesiastica orbem suum non habeant ex lege natura
sed ex dispositione Divina, et spontanea oblatione
fidelium. Quomodo ergo jus natura potest principi
tribuere facultatem bonis Ecclesiasticis tributa im-
ponendi? si dicant, quod Princeps ex ordinatione
Divina possit tributum imponere, rectius loquerentur,
sed adhuc eis in questione manet, an possit etiam
bonis Ecclesiasticis tributum imponere.

q. ex dispositione
Divina et sponta-
nea oblatione, om-
ne quod Domino
consecratur, sive
homo fuerit, sive
animal, sive ager,
non vendetur, nec
redimi poterit. quid
quid semel conse-
cratum fuerit, sanctum
sanctum erit
Domino. Levit. 27.
24.

ad hanc questionem decidendam Notandum, quod
non tantum Templum, altaria, aliisque que ad cultum
divinum immediate pertinent, sint res sacre, sed etiam
omnes oblationes et fundationes, sive in agris sive

pecunia consistant, res sacro sunt, ipso effato christi
 supra citato, quo ait, quod aurum et dona in templo
 oblata, per templum et altare sanctificentur. hoc fuit
 semper constans doctrina Ecclesie, quam et principes
 christiani sibi propriam fecerunt, ait enim Justinianus
 Justit. l. 2. tit. 1. §. 8. « sacro res sunt, que rite per
 « Pontificem deo consecrate sunt, veluti odes sacro et
 « donaria, que rite ad ministerium dei, dedicata sunt,
 que dona et fundationes ipsi quoque principes ab omni
 exactione et tributo semper liberas pronuntiaverunt.
 Sic Constantinus a. C. de Episc. et cleric. l. 1. tit. 9. l. 1.
 statuit. « ad parangariam quoque prestationem non
 « ventur, nec eorum facultates atque substantias. om-
 « nibus clericis huiusmodi prerogativa succurrit. » quod
 statutum Fredericus Imp. nova constitutione renova-
 vit ibi: « item nulla communitas vel persona publica
 « vel privata collectas, vel exactiones, argorias vel
 « parangarias Ecclesie vel alius p[ri]us locis, aut Ecclesi-
 « asticis personis imponere, aut invadere Ecclesiastica
 « bona presumant: quod si fecerint, et requisiti ab
 « Ecclesia vel imperio emendare contempserint, tripulum
 « refundant, et nihilominus bona imperiali Banco
 « subjaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus
 « remittantur. » Sed

N. 197.

ajunt: Imperatores antiqui potuerunt quidem talia
 bona Ecclesiastica à tributo liberare, sed propterea
 successores suos non ligare, nisi idem faciant, quia hi
 pari potestate gaudent.

at hic non solum attendendum ad constitutiones et
 voluntatem horum principum, sed etiam ad causam et
 notitiam, cur has constitutiones fecerint. Justinianus
 Inst. l. 2. tit. 1. §. 7. ait: "nullius in bonis est, id
 est religiose et sancto, quod enim divini juris est, id
 nullius in bonis est." considerabant enim hi principes
 quod res deo dicatae sint res dei, et nulli humano po-
 testati amplius subjecta, et quia non amplius in bonis
 eorum erant, se iniquos aprofiebant, illis tributum
 imponendi. jam non amplius vivit antiquus deus:
 utique et ipsi moderni principes eum suo tempore ut
 sacrificium illorum judicium videbant. aut deus hoc
 tempore nulla amplius dona ab hominibus accipit:
 omnino, quia per hoc dona homo deum ut suum domi-
 num agnoscit, pro beneficiis acceptis se gratum ostendit,
 et gloriam suam augmentat, atque adeo deus talia
 dona non tantum non respuit, sed grata habet. si
 autem accipit, ^{non} angustiant res dei? qui ergo poterunt
 moderni principes rebus non suis tributum imponere?
 Sed caventur, dicunt, si bona laicalia inde graventur.
 optime sed non ad rem. quis ad hoc cogit principes?
 deus? sed si deus ipso cogeret, quomodo posset accipere
 hoc dona? an non sibi ipse contrarius esset? aut civitas
 et bonum publicum? sed quid inde patitur civitas
 et bonum publicum? ex cuius bonis homo deo aliquid
 donat, aut in honorem ipsius, pium locum fundat, ex bonis
 civitatis? nullo modo, quia totus terrarum orbis dei est:
 ipse omnia creat, omnia conservat et gubernat. qui ergo

civitas inde gravari potest, si deo datur, quod ipsi-
 jam est: nec bonum publicum inde patitur, quia
 si hoc dona in pecunia siue rebus mobilibus consistant,
 iterum in bonum publicum reducantur, et nulla alia
 hic est distinctio inter bona Ecclesiastica et civilia,
 nisi quod ista non amplius subiecta sint potestati Prin-
 cipis, sed immediate deo.

Aut forsitan hoc interesse proprium Principis requirit?
 sed an Princeps potest impedire, ut nemo amplius
 deo aliquid offerat: vel an aliquid habeat, quod à
 deo non accepit: aut plus habere potest, quam à deo
 accepit: si bello aut alio modo totam provinciam
 perdat, an non is contentus esse debet, quo superest?
 qui ergo se conqueri potest, si unum aut alterum
 bonum deo offeratur?

aliter tamen loquendum de bonis, quae Ecclesia
 vel alius pius locus emptione, hereditate aut alio
 modo acquirit, quia haec bona, licet à personis Ecclesi-
 asticis possideantur, tamen manent bona civilia et
 sic Principi subiecta.

N. 198.

Imò etiam bona vere Ecclesiastica tenentur in ne-
 cessitate publica et vastis bonum publicum succurrere
 quia hoc non est contra sed iuxta preceptum Divinum,
 ut bonum commune conservetur.

N. 199.

Quod addunt, Principem habere jus in spiritualia
 bona, et ea pro libitu posse applicare est falsa et
 perniciosa aduulatio, per quam Principes et tota
 regna ordinaria in extremam miseriam rediguntur.
 pro teste sit sequens aurea Bulla:

Domini Alexij Comneni grecorum
Imperatoris de donariis et rebus facis Re-
scriptum, sive oratio, quam Auream Bullam
inscripsit.

Qui corpore male affecti sunt, medicorum curatione
indigent, si modo se morbo laborare senserint, multo
facilius a medicis curantur, qui vero morbi quo la-
borant, gravitatem minime sentiunt, cum nec
rogare se sciunt, quod dubio non parum regali
et sibi et medicis facessere solent. Hoc ipsum quidem
certe in animis quoque morbis perspicuum est, atque ex
nobis cum peccant alij, quamlibet in profundum
malorum gurgitem prolapsi, in utramvis secessi-
dorimus autem, seclerumque gravitati succumbentes,
vix ac ne vix quidem nos peccare sentimus, quia
nimium malus ille habitus jam in naturam transiit,
quibus autem salutiferi sui luminis scintillam aliquam
Deus inaudit, quorumque intellectus non omnino mundi
hujus sublunaris caeno obfusa est, nec laboratio operi-
mens proorsus in servire cogitur, quod demum a lapsu
resurgere, Deique confortio, proter animi sententiam
exturbati sapienter, ad eundem non sine secula sponta-
neaque rerum meliorum disquisitione recurrere possunt.
Quo res laudabile nobis imperantibus usu venit,
vix enim multiplicesque negotiorum circumstantia

Dum ubiq; publica exhaustantur suffragia oraria
 passimq; hostium incursionibus palea aditus. Tran-
 quillum imperij nostri statum repererunt: cum
 primūq; adeo Imperatoris Majestatis fastigium
 conficiamus. nos a tergo illa malorum myrmecia
 infecta est. ex quo evenit, ut in fumam rerum
 angustiam adducti, usq; omnibus exuli, quod lapsi
 alioquin adjuvamentum aliquod adferre poterant,
 tandem vel facta divinaq; diuina contingere
 usq; nostram solari inopiam statuerimus. quod
 certe facinus in plerisq; sacris divinisq; Ecclesiis
 admispum est: nec favorum donatorum pausa in
 publicos ceperunt usus. neq; eo quidem adacti sumus
 ut quicquam malivemus vel in Dei contumeliam
 et contempnum, vel in eorum despectum, quod illi pia
 consecravit antiquitas: quod omen Deus ab omni
 animo Christiani nominis amantissimo avertat.
 Sed urgente temporum necessitate, atq; etiam con-
 filio nostro, quod medio se operi imiscuit. Imperator
 enim Majestatis nostro animo visum est, nulla
 Deum ita inde peccatum iri, ubi mens mali confici
 nullius criminis agentem rem coarqueret.
 Cum autem quidquid in Imperatoris orariis supererit
 exhaustum et insumptum esset, nec in ullos usus
 necessarios ea cepissent, quod a sanctis extorseramus
 Ecclesiis: tum vero consilium omne nostrum tot

undiq[ue] periculis homin[um] circumvallantibus inversa
 et labefactatum est. quocirca perisq[ue] in locis hostium
 nostrorum cornu exaltatum est. nostrisq[ue] adeo
 Imperij navicula naufragium iminet. nisi propolans
 Dei virtus in quibus a spolet[is] iudicis, illam vindicta[m]
 procellamq[ue] ipsam in auram convertat. Itaq[ue] Im-
 peratoris Majestati nostro majore cura disquirendum
 et investigandum esse visum est, quid tandem sit
 illud, quod tantam Dei iram concitavit, violentumq[ue]
 eius furorem in nos exacuit. propterea cum viri
 divinos maxime spiritus afflatis de re ipsa consilium
 inivit, et posteaquam certior ab illis facta est, satis
 esse cause manibus sacra venerandaq[ue] cir[ca] in nos
 ira Divina exco[n]duisset, quod profanis manibus
 sacra venerandaq[ue] sandarum Eclesiarum vasa
 contrectasemus; etiam si nulla nos impietas
 maleve conscia mens eo permovisset; quia ni-
 mirum neq[ue] res Divinas profanando sunt, nec a
 Dei manibus repetenda, in aliosve usus conver-
 tenda ea, quae semel illi consecrata fuerint: q[ui]soto
 pretium illi fore visum est, et futurum mali im-
 petum reprimere, ne ullo in posterum tempore
 inter Christiani nominis principes irrepal: et pro-
 laritis, quoad eius fieri posset, profers adferre
 remedium. quamobrem et sit evanti medicina
 confespio: Coram Deo et hominibus Imperatoria

Se majestas prolapsum faleretur, veniamque de-
 lictis, quae temere admittit, ex intimis animi adgiti-
 postulat. Legit omnia, quae fieri sunt Imperij Divino
 Numini mancipaturum, eaque viribus Imperatoris
 Denique restitutum patricatur, quod in hodiernam
 usque diem ab Eusebis deo factis ablata, in publicos
 usus male versa sunt. si modo, quod orbem uni-
 versum exagitat, proclata deservierit, imperioque
 status melior restitutus fuerit. hoc enim per-
 solvenda nihilominus quam privatam aliquod
 debitum in se recipit, nec se sanctis observatum
 Eusebis inficiatur. ~~Quare in posterum tum sibi, tum post se futuris~~
 Quare in posterum tum sibi, tum post se futuris
 Christiani dogmatis principibus Aurea haec
 Bulla legem non minus observanda imponit,
 quam si a deo ipso dictaretur. Neque post
 haec sacra temere contredet: etiam si vel
 cadmea necessitas urgeat, ne manus impuras
 sacris rebus injiciat, ne profana ex divinis
 diindia fiant, dum in publicos usus circum-
 feruntur. cumque inter Deum et homines sit
 interstitij loco positum, quod nullus si modo prius
 fuerit, transgreditur. homines quidem rebus
 nostris utemur et fruemur, deo autem sacra
 lecta manebunt, quae cumque illi consecrata fuerint

nec illa manibus vel audacissimis contingent.
 quod si quis: Domine Deus! in posterum manus facis
 et divinis dinodis, utensilibus et vasis, que
 facis olim et venerandi Eclesiæ tuæ dicatas, vel
 in posterum dicanda fuerint, injicere audeat, in-
 ne lumine in die visitationis tuæ fouatur, ne
 sol ille matutinus illucescat, nec tuo sic au-
 xilio, nec tua isthuc divina protectione gaudeat,
 sed ubiq; despectus à te ~~despectus~~ desertusq; faceat.

Tandem propitius esto nunc: O Rex! hereditatis
 tuæ, siste justam illam iram, qua in nos ex-
 aristi, quin parce nobis, qui cum peccavimus
 antea, nunc tandem ad te convertimur, quo-
 riam omnia peccata nostra cum misericordiis
 tuo abyssu codata, et velut ad perpendiculum
 examinata sic se habent tanquam aquæ homina
 si cum toto mare conferatur. ut ergo coram
 te Domine multitudinem peccatorum meorum
 confiteor, ita tuum quoq; maxime saluberrimum
 auxilium imploro, ex intimisq; animi penet-
 ralibus à facis in posterum retractandis de-
 sistens: etiamsi me extrema necessitas eo
 impellat, et debitorem eorum, que antea
 inde ablata fuerunt, me in genere profiteor
 in huius enim rei confirmationem universi
 Eclesiæ tuæ sanctis hanc Aurea Bulla

obsignatam orationem tanquam tutum
aliquod antidotum apprehendi, ut quicumque post
hac favorum Dinodiorum quodpiam con-
tractare ausus fuerit, impij facile legij nomine
quod se et pios quosque homines ceuseatur.

Datum mense augustino quinto in-
dictionis anno quater millesimo, quin-
gentesimo, nonagesimo, quo quidem tempore
pium quoque hoc et deo subditum Imperium
nobis designatum est.

Vixit annis 70. regnavit autem 17. mensibus 4.
et aliquot diebus, ac postremo obiit anno mundi
4626. ut scribit Zonaras annal. Tom. 3. proinde
apparet ab illo editum hoc rescriptum eius Im-
perij anno 2. Vide Biblioth. 2. Tom. 2. fol. 274.

Cuius chronologiae Le Saviere Zonaras resis-
tore tamen non convenit cum ceteris, certum enim
est, Alexium vixisse seculo undecimo christiano.

N. 200.

Teneat quoque Princeps exemplum Caroli Martelli
qui primus inter omnes Francorum Reges ac Prin-
cipes res Ecclesiarum ab eis separavit atque divisit, et
pro hoc solo maxime est eternaliter proditus, quod
enim eius sepulchro visus est subito exiisse draco, et
solum eius sepulchrum intus inventum est denig-
ratum, ac si fuisset exustum: quo res Pipinum
eius filium et Carolum Magnum eius nepotem

ita comovit, ut plures Ecclesias et Monasteria pro
 satis factione non tantum extruere, sed etiam Carolus
 edictum fecit, ut nec ipse nec filij eius nec successores
 huiusmodi res agere attentarent. prout hoc omnia
 quisq; in libro capitularium invenire poterit. Ista
 hinc historia habetur cap. 16. q. 1. cap. 59. quam etiam
 pluribus ut veram confirmat Marf. Concl. tom. 17
 capitularia fol. 74.

Et quod tam infirma exempla non etiam habemus in
 scripturis sacris. Vel si hoc eos non terrent, veniat
 illos maledictio, quam David in tales fures pronuntiant.

quide Exemplum
 Heliadori 2. Mach.

ait enim psal. 82. Deus quis similis tibi? ne laceas,
 neq; confitearis Deo: quoniam ecce inimici tui po-
 nuerunt, et qui oderunt te, extulerunt caput
 suum. Præterea principes eorum sicut oreb, et Zeb et Zebec et
 Salmana: omnes principes eorum, qui dixerunt: hodie
 tale possideamus sanctuarium dei: Deus meus ponet illos
 ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti: sicut
 ignis, qui comburit Sylvam, et sicut flamma comburens
 montes. ita persequeris illos in tempestate tua, et in
 ira tua turbabis eos. imple facies eorum ignominia,
 et quærent nomen tuum domine, erubescant et con-
 turbentur in speculum speculi, et confundantur et pereant
 et cognoscant, quia nomen tibi Dominus: Tu solus
 altissimus in omni terra.

ut autem libertini nostri oculis videant, et manu
 palpent, quam impia sit hoc eorum doctrina, sequentia
 argumenta testabuntur.
 1. ad rationem, quam afferunt, quod Princeps habeat
 jus in spiritualia bona, quia habet jus in personas spirituales,

N. 201.

omnino nullam mereatur responsionem, nam si Prin-
ceps nullam jurisdictionem in personas Ecclesiasticas
habet, ut hucusq[ue] probavi, etiam nullum jus habet in
bona Ecclesiastica, et sic hęc ratio per se evanescit.

2do. Lex divina: non furtum facies semper monet:
si ergo Princeps auferat bona Ecclesiastica, an non
furtum comittit? furtum nihil aliud est, quam ablatio
rei alienę: jam bona Ecclesiastica sunt juris Divini,
et Dei, de quibus persona Ecclesiastica tantum usum
fructum percipiant: si ergo Princeps auferat bona
Dei, an non auferat rem alienam?

Tho. Christus ait Marc. 7. 27. // non est bonum sumere
panem filiorum, et mittere canibus: an non hoc
Princeps facit, dum facultates servorum Dei in usus
profanos convertit? Pius I. Ep[isto]la in Ep[isto]la ad
italos directa ait: // prodiva Divinis usibus tradita quidam
// applicant humanis usibus, et domino Deo, cui tradita
// sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inferiant, quod q[ui]
// quis q[ui] profum[er]it, sacrilegus habeatur, et sicut
// sacrilegus judicetur. 12. q. 2. c. prodiva Divinis. an non
verum dixit hic Ep[isto]la? quid est sacrilegium? nisi
prosum[er]e. ergo qui Ecclesię bona rapit, sacrilegus est.

7. pro. 2. 6. 24.

Item scriptura dicit, qui subtrahit aliquid a dabe suo
et matre, et dicit hoc non esse peccatum, participes homi-
// cidę est. // jam pater noster absq[ue] dubio Deus est, qui
nos creavit, mater vero nostra Ecclesia, quę nos in baptismo
spiritualiter regeneravit. ergo qui Christi pecunias, et
Ecclesię rapit, auferat, vel fraudat, homicida est, vel parti-

capis homicidus est, quia fugitur officio prodonum, qui
 alios iniuste spoliant. quomodo placent hi tituli,
 et tamen veri sunt, quia res Ecclesiasticae sunt res
 alienae et res Dei, ad quas Princeps nullam potestatem
 habet. tenent illos exemplum Antonii et Sophonisbae. 5. qui de re sua, deo
 Longe aliter senserunt antiqui Christiani Princeps, tamen dicata Fran-
 « Sancimus: ait Justinianus C. de Ep. et Cl. l. i. §. 2. daverunt, et subito
 L. 2. §. 1. « remini licet sacratissima atque arcana vasa morte periti sunt.
 « vel vestes, ceteraque donaria, quae ad divinam re- quid vobis fieri
 « ligionem necessaria sunt. Cum etiam veteres leges ea qui de re non sua
 « quae iuris divini sunt, humanis nexibus non illicite aufferunt?
 « sanxerint: vel ad venditionem, vel hypothecam vel
 « pignus trahere: sed ab his, qui hoc suscipere ausi sunt,
 « omnibus modis vindicari tam per religiosissimos Episcopos
 « quam per aequos, et jam si res facta neque vendi,
 « neque oppignorari voluerunt, quia sunt iuris divini, multo
 « minus poterunt rapti et auferri sine sacrilegio.
 « Ho nullus Princeps sine maxima iniustitia potest
 « alicui privato homini suam proprietatem pro lubitu
 « auferre: tentavit quidem hoc Rex Achab 3. Reg. 21.
 « dum Naboth occidit, et vineam suam sibi appropri-
 « avit, sed quo fructu? audi et time: » hoc dicit Do-
 « minus: « agebat Elias ad eum: « quidisti insuper et
 « possidisti: sed in loco hoc in quo lixerunt canes
 « sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.
 « ecce ego inducam super te malum et demetam posses-
 « sionem tuam, et interficiam de Achab mingerem ad pari-
 « elem, et clausum et ultimum in Israel. » Sed

252
N. 202.

Respondent 3tio: jus positivum Divinum hanc facultatem non abstrulisse, quia nihil refert scriptura. quid? scriptura nihil refert? an non ait Deus Deut. 5. // furtum non facies. non concupisces uxorem proximi tui: non domum: non agrum: non // servum: non ancillam: non bovem: non asinum et // universa quae illius sunt? aut hoc propheta dicit: non tangunt? aut dum Deus prohibuit proximi bona rapere: sua propria bona dicitur libere disponere: ubi proba: ubi testimonium? unde

N. 203.

Ad 4to. quod nec Deo: nec Ecclesiae injuriam inferant dicitur: si immunitatem Ecclesiasticam realem vel restringant: vel omnino tollant: quia nec Deus prohibet: nec superiores Ecclesiastici prohibere possunt: quia nil contra jus majestaticum agere possunt:

ergo si quis alicui privilegium vi auferat: ibi nullam inferat injuriam? et injuriam quidem maximam tam Deo quam Ecclesiae: Deo: quia temeraria se potestati divinae imiscet: et Ecclesiae quia eam jure maximo soliant. sane si hi libertini tempore Josephi aegyptiaci vixissent aliam doctrinam ab illo accepissent: qui Gen. 47. in summa necessitate sacerdotibus gentilibus non tantum statuta cibaria ex horreis publicis reddidit: sed et adeo non compellerentur sicut alij homines possessiones suas vendere: sed et eorum terram liberam ab hac conditione pronuntiavit. ea quo patet: nos libertinos multo minoris verum Deum estimare: quam aegyptij suos falsos Deos.

Ne requiritur ad hoc specialis dei prohibitio, quia ratio
 hoc dicitur, et sufficiunt verba christi: dale quo sunt
 avari, avari, et quo sunt dei deo. quia ergo in unitate
 Ecclesiastica a deo procedit, et ipsum respicit, quo
 jure poterit eam princeps vel restringere vel om-
 nino tollere?

Quod etiam Ecclesia dudum, dum jus majestaticum
 adhuc in concilio Lincio erat, hoc prohibuit, patet
 ex concilio generali Lateranensi a. 1215. celebrato,
 quod cap. 46. sic statuit: «adversus consules, et alios
 qui Ecclesias et viros Ecclesiasticos talis seu collectis
 vel exactionibus, aliis gravare nituntur, concilium
 Lateranense immunitati Ecclesiasticae volens provi-
 dere, presumptores huiusmodi sub anathematis
 distinctione prohibuit, excommunicationis precipiens
 subjacere transgressores et factores eorum, donec
 satisfactionem impendant completam. verum si
 quando fossan Episcopus simul cum clericis tantam
 necessitatem et utilitatem inspexerint, ut absque
 coactione ad relevandas utilitates et necessitates
 communes, ubi Laicorum non suppetunt facultates,
 subsidia per Ecclesias duxerint conferenda, prodicti
 Laici humiliter et devote recipiant cum actionibus
 gratiarum. propter imprudentiam tamen quorundam
 Romanorum prius consulant Pontificem, cuius interest
 cum omnibus utilitatibus providere.»

Et cum Ecclesia nihil contra jus majestaticum agere
 possit, cum hoc pugnet contra jus naturae, positivum

N. 204

Divinum; et ipsi Religioni contrarium sit, an non
in hinc Ecclesia iudex ordinarius est?

Et ad 5th, quod personae Ecclesiasticae nihil posse
possint nisi congruam sustentationem: ergo utriusque
bene agit, si superflua ad usum meliorem ad bene-
ficia plura erigenda applicet. ergo supponunt
nostri Libertini, personae Ecclesiasticae nihil proprium
possidere possunt. sed unde hoc probant?
1^o ex veteri Testamento, in quo Deus sacerdotibus
et Levitis nullam hereditatem in terra promissionis
concessit, sed pro congrua sustentatione eis decimas
et sacrificia attribuit. sed an non etiam habuerunt
suburbana et agros proprios? sic legitur Levit. 25.
39. et 9. Reg. 2. 26. ubi Salomon abiatthar sacer-
dotem deposuit, et in Anathoth ad agrum suum ve-
nisset.

2^{do}. ex primitiva Ecclesia, ubi omnes qui credebant,
erant pariter, et habebant omnia communia. act. 2. 44.
sed sciendum, quod si tantum omnia vendiderint et
cum apostolis in comuni vixerint, qui eos in per-
fectione secuti sunt, quia aliam agricultura et
omne commercium cessasset, quod est incredibile.
sed hic nos non diu duravit, quia apostoli in nullo
certo loco consistebant, et omnes eos sequi non poterunt.
nam videntes: ait Urbanus I. in Epistola ad omnes
Episcopos: "sacerdotes summi et alij atque Levites et re-
"liqui fideles, plus utilitatis posse afferre, si heredi-
"tates et agros, quos vendebant, Ecclesiae Equibus pro-
"fidebant Episcopi: tradere, eo quod ex sumptibus

eorum tam presentibus quam futuris temporibus
 plurima et elegantiora possent ministrare fidelibus
 communem fidem ducentibus, quam ex pretio eorum:
 coeperunt pradia et agros, quos vendere solebant
 matricibus Ecclesiarum tradere, et de sumptibus eorum
 vivere. *ipse vero res in ditione singularum Sa-*
vorhianum Episcoporum: qui locum tenent apostolorum;
 erant, et sunt usque huc, et futuris semper debent esse
 temporibus. e quibus Episcopi et fideles, dispersatores
 eorum, omnibus communem vitam degere volentibus
 ministrare cuncta necessaria debent, prout melius
 potuerint, ut nemo in eis egeris inveniatur. *ipse enim*
res fidei oblationes appellatur, quia domino
 offeruntur. non ergo debent in aliis usibus, quam
 Ecclesiasticis et predictorum Christianorum fratrum
 vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium
 et pretia peccatorum ac patrimonium pauperum, atque
 ad predictum opus explendum domino tradita: si quis
 autem: quod absit, seus egerit, et ea sua facilius
 officinae faciat, idcirco effectus videtur damnationem
 Ananis et Saphiris percipiat, et reus sacrilegij effici-
 atur: sicut illi effecti sunt, qui pretia predictorum
 rerum fraudaverunt, ut legitur act. 5.

Habebant itaque in primitiva Ecclesia non solum clerici
 sed et ceteri fideles pradia et hereditates, ex quibus con-
 gruan sustentationem accipiebant, sed et tantum, qui
 communem vitam ducebant. nihil proprium habebant,
 quia pradia ad Ecclesias matricis pertinebant, et ab Epis-
 copis unicuique dividebatur, prout quique opus habebat.

conformiter huic doctrina loquuntur etiam
 multi SS. Patres et concilia causa 12. q. 1. et 2. citata
 nimirum quod nudi clerico liceat aliquod propri-
 um habere, sed ut ex eorum verbis patet, intelli-
 gendi sunt de iis clericis, qui sociale vel mon-
 asticam vitam ducebant, à qua proprietate ipsa
 professio eos arcebat. quod autem ceteri cleri-
 coni bona propria habere voluerint, patet ex canone 40.
 apostolorum, qui sic ait: «sunt manifesta res prop-
 rietas Episcopi: si tamen habeat proprias, et manifesta
 Dominica, ut potestatem habeat de propriis moriens
 Episcopus, sicut voluerit, et de quibus voluerit, dere-
 linquere: nec sub occasione Ecclesiasticarum rerum
 ea quae Episcopi esse probantur, interdicant. fortassis
 enim aut uxorem habeat, aut filios aut propinquos
 aut seruos. et iustum est hoc quod Deum et homines
 ut nec Ecclesia detrimentum patietur, ignorantia
 rerum Pontificis, nec Episcopus vel eius propinqui
 sub obtentu Ecclesiae prohibentur, et in causas in-
 cidant, qui ad eum pertinent, nosque eius iniuriis
 malefame subiiciantur.» sic etiam habet Concilium
 Agathense can. 48. a. 506. celebratum.

Ex quibus clare sequitur, clericos ceteros bona propria
 possidere posse, non quidem ex facultatibus Ecclesiae
 penes quam semper proprietates manent, sed ex facultatibus
 aliorum acquisitis. de hac re pulchre loquitur S.
 Basilius de vita contemplativa l. 2. cap. 9. ubi ait: «expedit
 facultates Ecclesiae possideri et proprias perfectionis amore
 contemni. non enim propria sunt, sed communes Ecclesiae

facultates: et ideo quisquis omnibus, quos habuit,
 dimissis aut venditis, si res suas contempserit, cum
 propositus factus fuerit Ecclesie, omnium, quos habet
 Ecclesia, officium dispensator. Denique S. Paulinus,
 ut ipse melius nostis, in gentia pradia, quos fuerunt
 sua, vendita pauperibus erogavit, sed cum factus
 esset Episcopus, non contempsit Ecclesie facultates,
 sed fidelissime dispensavit. quo facto satis ostendit
 et propria debere propter perfectionem contemni, et
 sine impedimento perfectionis posse Ecclesie facultates,
 quos sunt profecto communes, possideri. quid S. Hilarius?
 nome et ipse omnia bona sua aut parentibus re-
 liquit, aut vendita pauperibus erogavit: is tamen
 cum merito perfectionis suscipere Ecclesie Arclaterensis
 Episcopus, quo ita tunc habebat Ecclesia, non solum
 possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis dona-
 tionibus amplavit. isti ergo tam sancti tam perfecti
 Pontifices factis evidentiter clamant, posse et debere fieri
 quod fecerunt. qui utique homines, tam secularium quam
 divinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si sciant
 res Ecclesie debere contemni, nunquam eas debuerunt,
 qui omnia sua reliquerant, retinere.

Hic probant ex scriptura facta. S. Paulus in 1. Tim. 6. 8. ad
 Timotheum scribens ait: habentes autem alimenta, et
 quibus legamus, his contenti simus. Sed apostolus hic
 non loquitur de clericis tantum, sed de omnibus Christianis,
 statim enim subiungit: nam qui volunt divites fieri,
 incidunt in temptationem, et in laqueum diaboli, et de-
 sideria multa inutilia et nociva, quae mergunt homines

«in interitum et perditionem, radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, et immeruerunt se doloribus multis:» quare admonet Timotheum dicens: «Tu autem o homo dei hoc fuge» ratio est, quia Christus non tantum apostolis sed omnibus suis sequacibus precepit lucra despicere.

N. 206

Concepto etiam, quod personæ Ecclesiasticæ nil petere possint nisi congruam sustentationem, quis eam eis assignare habet, Princeps? Janè hoc est doctrina non ripina ab initio Ecclesiæ inaudita. Ministri Ecclesiæ ex bonis Ecclesiæ aluntur: apostolus ait i. cor. 9. 13. qui deservit altari, de altare vivat. Jam bona Ecclesiæ sunt omnes oblationes Deo factæ sive in pecunia sive in redditibus, agris et decimis consistant. quid ergo Princeps circa hæc bona disponere potest, cum non sint in potestate eius, sed potestate Dei? sed obijciunt hic nostri Libertini

N. 207

1o. Decimæ Ecclesiasticæ seculo quarto consuetudine tantum, et seculo 6to lege ita sunt introductæ et determinatæ, ut decima pars fructuum fuerit prostanda clero.

2do. Decimæ Ecclesiasticæ ex legibus civilibus et consuetudine, tanquam voluntate sustentatæ sunt prostandæ.

3tio. Decimæ Ecclesiasticæ ministris Religionis nec sive naturali, nec sive divino positivo nec Ecclesiasticis debentur. unde

4to. Ecclesiæ jus non competit à fidelibus exigendi decimas, adeoque rescripta Pontificum circa decimas quæ leges Ecclesiasticæ vim obligandi habere nequeant.

1^{to} jus exigendi et percipiendi decimas Ecclesiasticas non est jus spirituale, quia est jus mere temporale et juri spirituali tantum annexum, quatenus jus decimandi in sustentationem Ecclesie ministrorum est constitutum. hinc

2^{to} iudex in causis decimalibus competens est iudex civilis, et

3^{to} Laici juri decimandi sunt capaces sine privilegio Pontificis, unde et suo in Principis est potestate, si necessitas Ecclesie aut Reipublice utilitas exigat, decimas abrogare et alios redditus ministris religionis assignare.

Ad hanc perverfam doctrinam ipsos Canonistas scholasticos ausam dedisse, extra dubium est, ipsi enim quasi communi sententia docent, jus decimandi tantum esse jus divinum et naturale, quatenus decime sunt justum stipendium ministris Ecclesie debitum. Si autem hi aliunde sustententur nullam amplius subesse obligationem dandi decimas, quia preceptum quod Deus in lege veteri de dandis decimis non fuit morale, sed aut judiciale aut ceremoniale, quod ambo cum lege et sacerdotio veteri per legem novam ab-olita fuerunt. ex qua sententia omnes hae propositiones sequuntur.

Sed hoc sententia laborat supposito falsissimo, quasi Deus decimas tantum precepisset, ut inde Levitis sustentarentur. nam decime Deo dato sunt ante legem Moysi et in lege Moysi, antequam Levitis concederentur, ut mox videbimus, hinc questio hic non est de usu

N. 208.

decimarum, sed de decimis ipsis an sint juris naturalis
et divini vel non. et autem hi doctores omnes videtur
ne non frustra eos magis erratis et infidis argue-
rem paucis sic expono:

N. 209.

Jus naturae unicuique homini dicitur se gratum erga
suum benefactorem ostendere: qui hoc inficiatur,
dicat veritatem à brutis animalibus, quod hanc
obligationem non tantum agnoscunt, sed et factis
ostendunt. hanc obligationem agnovit primus
hominis filij abel et cain, de quibus scriptura facta
refert gen. 4. « abel obtulit de primogenitis gregis suis
» et de adipibus eorum, et cain de fructibus terra muneravit
» Domino » jam in quem finem hæc munera obtulerunt?
nonne in gratiarum actionem pro beneficiis acceptis?
quis hoc negabit? ergo simul etiam Deum ut suum
benefactorem et Dominum omnium rerum agnoscerunt:
ergo hæc munera obtulerunt in signum protestativum
supremi Domini in omnes res, et simul in gratiarum
actionem pro beneficiis acceptis, ex hac ratione enim
Deo omnia sacrificia offeruntur. jamposito hoc
fundamento an hæc munera non etiam decimas vo-
care possimus? moyses quidem numerum donatum
hæc non expressit, sed quia scriptura sacra, quoties
de decimis loquitur, semper ad has primogenita de gregi-
bus, et primitias de frugibus requirit, et moyses hæc
de primogenitis mentionem facit, merito decime appellari
possunt, licet de denario numero ex scriptura non constat.
imò an ex his non autumare licet, hos duos filios

addo jam preceptum divinum de decimis habuisse? primo-
genita et primitias in decimas dare deus in lege Moysi
precepit, cur autem deus respexit ad abel et ad munera
eius, et non respexit ad munera caini? ratio ex scriptura
clare desumitur: quia abel obtulit de primogenitis gregis
suis, Cain vero de fructibus et non de primitiis deo sacri-
ficiam obtulit. certe si Cain contra preceptum Domini
non egisset, deus illum corrigere non voluisset.

Dein quare abraham gen. 14. a rege Cedorlahomor rediens
deo gratias pro victoria acturus sacerdoti dei altissimi
pro se decimam partem et non aliam de preda dedit?
quare Jacob gen. 28. ad deum dixit: «cunctorum quod dederis
mihi, decimas offeram tibi»: si ambo non fuissent, decimas
deum ab ipsis tantum petere.

ab initio legis Moysi etiam non invenio preceptum
expressum de dandis decimis, sed deus Exod. 22. 29. tantum
dicit: «decimas tuas et primitias tuas non tardabis reddere»,
que verba non sunt preceptiva sed admonitoria tantum,
que necessario supponunt antequam preceptum. quia
autem nunc antequam in scripturis sacris invenimus,
narrato supponitur, deum hoc preceptum jam in lege natura
dedisse.

Jam inquirere restat, in quem finem deus decimas dare
in lege Moysi precepit. Exod. 13. 2. sic loquitur:
«sanctifica mihi omne primogenitum quod querit vul-
vam in filiis Israel, tam de hominibus, quam de ju-
mentis, mea sunt enim omnia.» et Levit. 27. 30. «omnes
decime terra siue de frugibus siue de pomis arborum
Domini sunt, et illi sanctificantur.» si ergo tam primo-
genita quam decime Domino sanctificari debent, ergo et ipsi.

N. 290.

Debent offerri in signum protestationum superius dominij
in omnes res, quia Deus ipse statim causam addit: quia
"mea sunt omnia."

Clarius super hoc re se explicat Deus Malach. 3. 6.
ubi ait: "ego enim Dominus et non mutar. -- à diebus
"enim tabernaculum vestrum reasistis à legibus meis
"et non custodistis. revertimini ad me, et ego revertar
"ad vos dicit Dominus exercituum. et dixistis, in quo
"revertemur? si affiget homo deum, quia vos configitis
"me? et dixistis: in quo configimus te? in decimis et in
"primis. et in penuria vos maledicti estis, et vos ne
"configitis gens tota. infeste omnem decimam in
"horreum, et sit cibus in domo mea, et probate me
"super hoc dicit Dominus: si non operuro vobis cataractas
"caeli, et effudero vobis benedictionem usque ad abun-
"dantiam, et incipabo pro vobis devorantem, et non
"corrumpet fructum terrae vestrae, nec erit sterilis vinea
"in agro dicit Dominus exercituum."

Ex quibus vobis duo colliguntur, primo quod Deus
vel maxime offendatur, si decimae ei tanquam domino
contra suum preceptum subtrahuntur. et 2^o quod si
decimae ei rite reddantur, terra benedictior fit, et
omnia in abundantia profert. ergo decimae ei de-
bentur tanquam domino et tanquam benefactori,
quod idem est, ac quod ei debeantur in signum pro-
testationum superius dominij et in gratiarum actionem.

Nec obest, quod postea Deus decimas Levitis in susten-
tationem conceperit, ne curis secularibus abstracti à
servitio suo non impediuntur, nam hoc usum non
ipse decimas tangit, siue enim comburentur, ut

antea factum fuit, sive à Levitis, consumantibus, unum
 et idem est, quia sacrificium semper manet, et ut sic
 maneret, ait Deus ad Moysen Num. 18. 26. & projecit Le-
 vitis atq; de nuntia. Cum accipitis à filiis Israel
 Decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Do-
 mino, id est, decimam partem decimo, ut reputetur
 vobis in oblationem primitivorum tam de arvis quam
 de forculibus.

Ex scriptura sacra ergo certum est, quod Deus ideo
 Decimas præcepit, ut ibi offerantur in signum protesta-
 tivum supremi dominij in omnes res, et in gratiarum
 actionem pro beneficiis acceptis, ergo non pertinent
 ad leges judiciales aut ceremoniales, sed ad ipsum
 præceptum primum decalogi, quia fuit sacrificium
 quo agnoscebat Deus ut supremus Dominus et dador
 omnium bonorum. quomodo ergo subsistit sententia
 fere communis Canonistarum N. 207. allegata? sed
 Respondent: hoc quidem se ita habere potuisse in lege
 Moysis, sed non ita sentiendum de lege nova, in qua
 nullum præceptum de decimis habemus. at an et hoc
 verum sit nunc videamus.

Sicut omnia sacrificia legis naturæ et veteris figure
 erant sacrificiorum legis novæ, ita etiam decimo in lege
 hæc danda jam in lege naturæ profigurata fuerunt
 ut ait S. Paulus Heb. 7. dum abraham Melchisedeco
 decimas dedit, qui fuit figura christi, et christus verus
 sacerdos secundum ordinem Melchisedec. imò et ipse
 Levi, qui decimas à populo accepit, à christo jam deci-
 matus est, quia jam in lumbis datus abraham erat, dum
 hic Melchisedeco decimas dedit. cur ergo Eulefia christi.

N. 211.

7 Melchisedeco et
 consequenter etiam

multum jus habeat ad decimas? sed rem propius inspiciamus.

Ex dictis certum est, decimas pertinere ad preceptum primum Decalogi, quia sunt signum externum, quo homo Deum et supremum Dominum omnium verum et suum benefactorem agnoscit. sustulitne Christus hoc preceptum? hoc nemo affirmare audebit, quia ipse ait Joan. 17. 3. // hoc est aulem vita eterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti, Jesum Christum. // quid ergo apud arati novo precepto decimas prodeire? an non sufficit eas confirmare? ait enim Math. 23. 23. // vs vobis scribo et placitum est, // qui decimatis mentham, et anethum, et cuminum, et reliquias que graviora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem. hoc oportuit facere, et illa non omittere. // cum ergo dicit: hoc oportuit facere et illa non omittere, an non idem est, ac si dixisset: oportuit decimas dare, et misericordiam et iudicium et fidem non omittere, quia hoc sunt precepta dei, sunt decimas dare? fare aliter hic locus explicari non potest. ergo ipse enuntiavit oportere decimas dare.

Item S. Paulus i. cor. 9. 13. ait: // reficitis, quoniam qui in sacario operantur, quo de sacario sunt edendi, et qui aetari deserviunt, cum aetari participant? // quid sacarium habuit ad edendum? scriphura ait Deut. 18. i. Sacerdotes et Levite sacrificia Domini et oblationes eius comedent - primitias frumenti, vini et olei et lanatum partem ex ovium donatione. ergo decimas jam post dicta verba apostolus sic concludit: // ita et

dominus ordinavit eis, qui Evangelium annuntiant
 "de Evangelio vivere." comparat hic apostolus pro-
 dicatores Evangelij cum sacerdotibus et Levitis veteris legis,
 et ait, quod Christus ordinaverit, ut illi sicut hi de altari
 id est de oblationibus et decimis vivant. si autem de
 decimis vivere debent, quia Evangelium nihil aliud habet,
 an non etiam simul precepit, ut decime à populo dentur?
 Sed ajunt: Christum non auferre decimas, apostolis pre-
 cipere, sed ut in eadem domo manerent edentes et bibentes
 quod quid idos fieri dignus est enim operarius mercede sua,
 Luc. 10. 7.

Hoc verum est de apostolis, qui nullibi sedem fixam
 habuerunt, et sic decimas percipere non potuerunt, aliter
 tamen loquendum de eorum successores, qui pro certis
 civitatibus et provinciis ordinati sunt, qui semper in
 suis locis manebant, adeoque certam sustentationem
 etiam habere debuerunt, sed in quo? certum est, quod
 tempore Christi decimas dedisse et quidem ex precepto
 divino, quis ergo dubitabit eodem modo post con-
 versionem suam novis sacerdotibus decimas quoque dedisse?
 saltem à tempore apostolorum decimas semper non
 tantum dadas, sed et primario deo oblatas fuisse sequentia
 affirmant testimonia.

Saeculum 1^{um}.

1^{mo} ex canonibus Apostolorum, qui licet à quibusdam
 ut quosdam rejiciantur, sunt tamen auctoritate Summorum
 Pontificum et aliorum conciliorum doctis vel statim
 sententis vel plurimum confirmatis, quorum quod sic
 habet: "offerti non liceat aliquid ad altare, poter
 1^o novas spicas et uvas et oleum ad luminaria, et

N. 212.

Thymiana id est incensum tempore quo sancta cele-
bratur oblatio.

1^o omnia aliorum primitiis Episcopi et presbyteris
domum mittuntur, non super altare. manifestum est
autem quod Episcopus et presbyteri inter diaconos et ve-
ros clericos eas dividunt. atqui primitiis sunt dei-
me: ergo hoc ab initio jam dabantur.

2^{do} Ex constitutionibus apostolicis, quae licet auctori-
tatem plenam non habeant, referunt tamen quae in primo
seculo in usu fuerunt. hoc L. 2. c. 25. ita habent: portiones,
decimas, primitiis Christo Pontifici et ministris eius,
decimas salutaris principum nominis Iesu. -- quod tunc
primitiis, et decimas et portiones ac dona nunc oblati-
ones, quae per sanctos Episcopos offeruntur Domino deo per
Christum, qui pro omnibus natus est.

Socialium II.

S. Irenaeus Episcopus Lugdunensis in galia, qui duo Aposto-
lorum vicinus in saeculo secundo vixit, et a. 202. Martyr
Nonagenarius, ferre occubuit, decimas non contentus, sed
iuxta morem primorum Christianorum omnia dari debere
postulavit. ait enim L. 4. contra haeres. ep. in edit. vel. 34.
in nova 18. quod Israelitis suo vel templo vel factorum
ministeriorum collegio offerbant, umbratiles tantum eas
fuisse imagines eius longe effusivius munificatis,
qua Ecclesiam, qua pauperes omnes fidelium largitas
inexhausta profertur: nihil enim sunt verba ipsius
obiosum nec sine signo et sine argumento quod sum-
mum populum judaicum, et propheta hoc ibi quidem decimas
suorum habent consecratas, qui autem sunt nompe Christi-
ani, percipiunt libertatem, omnia quae sunt ipsorum,

« ad dominicos decernunt usus hilariter et libere dantes
 « ea, quo non sunt minora, ut pale majorem gem hat
 « berles. non genus oblationum revotatum est, ob-
 « lationes enim et illic, oblationes autem et hic recipi
 « ~~ut in jam concessis sacrificia et in eulefia. sed~~
 « species imutata est tantum, quippe cum jam non à
 « servis, sed à liberis offeratur. »

Basiformiter loquitur origines, qui in secundo saeculo
 vixit, et in tertio mortuus est. hic Homil. II. in Num.
 Lect. e. Edit. Benedic. P. La Rue ait: « licet ipsius christi
 « testimonio pharisaeus legis primitivatum et decimarum
 « observantissimus fuerit, christus tamen dixit: nisi abun-
 « daverit justitia vestra plusquam scribarum - non
 « intrabitis in regnum caelorum. quod ergo vult fieri
 « à pharisaeis, multo magis et majori cum abundantia
 « vult à discipulis impleri. quomodo ergo abundat
 « justitia nostra plusquam scribarum et pharisaeorum,
 « si illi de fructibus terrae suae questare non audent, prois-
 « quam primitias sacerdotibus offerant, et Levitis decimas
 « separantur, et ego nihil horum faciens fructibus terrae
 « ita abundas, ut sacerdos nesciat, Levites ignoret di-
 « vinum aetate non sentiat? »

Saeculum III.

S. Cyprianus patria afe Episcopus Carthagenensis
 qui aò christi 258. martyrio coronatus est, lib. de
 Inimic. Eulefia de simp. Idolat. circa finem avaros et in
 decimis defraudantes increpans ita ait: « at nunc deo
 « patrimonio nec decimas damus, et cum vendere jubeat
 « Dominus, enim us potius et augemus. » et in Epist. 66.

hoc leguntur: «quod nunc ratio et forma in clero
 tenetur, ut qui in Ecclesia Domini ordinatione clerici
 promoventur in nullo ab administratione Divina
 avocentur, nec molestus et negotiis secularibus
 occupentur, sed in honore portulantium fratrum
 tanquam decimas ex fructibus percipientes ab actariis
 et faciliis non recedant, sed die ac nocte celestibus
 rebus et spiritualibus serviant.»

Nota. Hunc textum pessime interpretantur aduersarij
 quafi S. Sacerdos comparans sacerdotium novum cum veteri
 dixerit: sicut hi ex decimis ita isti ex portulis vivant,
 nam verbum portulo teste Kishio in suo dictionario
 non significat portulas, sed idem est ac participare
 adeo ut sensus sit: sed in honore participantium
 fratrum tanquam decimas ex fructibus percipientes,
 ait autem tanquam quia illo tempore non clerus
 sed economi decimas collegerunt, quod deinde inter
 clericos divise sunt, atque ideo portulantes fratres dice-
 bantur; unde efficta est tantum ista comparatio.

Item S. Epiphanius Salaminatum Cypri seu con-
 stantis Episcopus, qui in tertio seculo vixit, et anno
 christi 400. statis 115. mortuus est, hares. 80. c. 5. 6. ait:
 » populo adhortatur apostolus, ut quod ad alondos
 » sacerdotes necessaria sunt, iustissimis laboribus suis
 » questita, suppeditent, offerendis primitiis, oblationibus
 » et reliquis id genus.»

Item: in Epistola Synodica concilij gangrensis anno

324. habiti in Baphlagonia damnatus est Eustachius
 qui primitias et decimas contra clerum sibi vindicavit
 his verbis: "Primitias quoque fructuum et oblationes
 earum, quas veterum institutio Ecclesie tribuit,
 sibi me vindicare, id est, propria rationatione
 doctissime, tanquam sanctis sibi eas offerri debere quod
 se et inter se dispensandas." ergo concilium palestrin-
 zam à veteribus primitias Ecclesie tributas fuisse.

Qua fronte ergo nostri adversarij docere possunt, deci-
 mas ante seculum 4th fuisse incognitas, et primam hoc
 seculo petentibus quibusdam Episcopis consuetudine
 postea introductas et determinatas fuisse? quam im-
 pudice totum mundum fallant, sequentia demon-
 strant.

Seculum IV.

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis serm. j. in Grad.
 cuius initium: eue nunc tempus et in Bibliotheca
 vaticana et Monasterio Mediolanensi aservatur, sic
 ad populum locutus est. "quicumque recognoverit in se,
 quod fideliter non dederit decimas, modo erudet,
 quod minus fecit. quid est fideliter decimas dare? nisi
 ut nec peius nec minus aliquando Deo offerat aut
 de grano suo, aut de vino suo, aut de fructibus ara-
 rarum, aut de pecoribus, aut de orto, aut de negotio
 aut de ipsa veneratione sua."

S. Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus in
 acta apost. hom. 18. ait: "parumne est, oro, torcular
 benedici? parumne est Deum ex omnibus fructibus tuis
 partem et primitias primum accipere?"

S. Gregorius Episcopus Nazianzenus orat. 19. sic ait:
 " alius usus terram contaminat, alius aves et torcularis
 " primitias Deum, qui omnia donaverat, fraudavit." et
 plura orat. 28. et Epist. 80.

S. Hieronymus in Epist. ad Neptolionem de vita clericorum sic ait: " si ego pars domini sum, et funiculus hereditatis eius, nec aucto partem inter ceteras tribu, sed
 " quasi Levita et sacerdos vivo de decimis, et altari
 " serviens altaris oblatione sustentor." et in Math.
 c. 22. " reddite quae sunt caesaris caesari, id est numerum,
 " tributum et pecuniam, et quae sunt Dei Deo, decimas,
 " primitias et oblationes ac victimas sanctianus."

Seculum 5^{um}

S. Augustinus l. 50. Homil. Rom. 48. ita loquitur: " majores
 " oves nostri ideo copius omnibus abundabant, quia
 " decimas Deo dabant, et caesari censum reddebant.

¶ quia

" modo autem discipulis devotio dei aucescit, indictis
 " fisci. nolumus cum Deo partiri decimas, modo autem
 " totum solitur. hoc solit fisci, quod non accipit christus.
 Elferm. 19. de Temp. ait: " cum enim decimas dando et
 " terrena et caelestia possis munera promereri, quare
 " per avaritiam duplici benedictione te fraudas? audi
 " ergo. nosti, quia Deo sunt curata, quae pergis, et de
 " suo non accommodas rerum omnium conditorem?
 " non eget domini Deus, non premium postulat sed
 " honorem: non de suo aliquid exigit, proo refundas
 " primitias rerum et decimas dignatur petere, et tu
 " negas avarae? audi, primitias aves tuas et torcularis
 " his non tardabis offerre mihi. decima sunt tributa

« animarum equatum. quid fauces o avarae, si
 « novem partibus sibi sumptis tibi decimam reliquistes?
 « ut facili quando grandines et mala tempora mitit,
 « et fructus terra dissipantur, et tunc novem partes
 « tibi detracto sunt, quia decimam dare noluisti.
 « hoc enim est domini consuetudo iustissima, ut si
 « illi decimam non dederis, tu ad decimam revertaris,
 « scriptum est enim, hoc dicit dominus: quia decima
 « agri tui primitia terra vobiscum fuit, vidi autem
 « et facere me existimastis, in his in thesauris vestris
 « et in domibus vestris erit dispersio. dabis impio militi,
 « quod non vis dare sacerdoti. vide hanc etiam l. privilegia 12. C. de
 « Seculum 6^{to} SS. Eclesiis.

Concilium Matisonense II. Provinciale vulgo
 Matron in Burgundia a^o 588. celebratum can. 5. sic
 statuit: « Leges namque divinis consulentes sacer-
 « dotibus ac ministris Eclesiarum pro hereditaria
 « portione omni populo preceperunt decimas fructuum
 « suorum locis factis proflare, ut nullo labore im-
 « pediti per res illegitimas spiritualibus possint va-
 « care ministeris, & quas leges christianorum congruis
 « longis temporibus custodiri intemeratas. unde statu-
 « imus, ut decimas Eclesiasticas omni populus in-
 « ferat, quibus sacerdotes aut in pauperum usum,
 « aut captivatum redemptionem prorogatis, suis
 « orationibus pacem populo ac salutem impetrent.
 « si quis autem contumax nostris statutis fuerit, a memb-
 « ris Eclesiis omni tempore separetur.

plura adhuc testimonia et quidem sine numero
huc afferre possem, sed cui hoc non sufficiunt ut pole
ex locis authenticis omnia producta, sane nec plura
ei sufficiunt. interim quivis catholicus de hoc veri-
tate dubitare non potest. si autem sic, qualem fidem
merentur propositiones, n. 207. adducte?

n. 213.

1ma, quod decime Ecclesiasticis primum seculo 4to con-
suetudine dein seculo 6to lege introducta fuerint, cum
ex dictis certo constat, decimas jam à primo seculo dadas
fuisse? quis est ille legislator, qui primum seculo 6to
decimas lege præcipit? ubi habetur ista lex? in iure ca-
nonico certe non, quia ibi omnes Pontifices decimas
non propria auctoritate præcipiunt, sed ut legem
Dei proponunt, ut à fidelibus offerretur.

n. 214

2da. quod decime legibus civilibus et principum volun-
tate sustentata sint. unde hoc habent? forsan ex
l. privilegia 12. C. de S. Ecclesiis, ubi Imperatores
Valentinianus et Marcianus pro Imperio orientali et
occidentali a. 454. hanc legem publicaverunt: «Galatia
« etiam, quod sacrosanctis Ecclesiis in diversis precibus
« de publicis rationibus ministrata sunt, jubemus nec quop
« inconcussa et à nullo potius imminuta præstari, liberali-
« tate hinc, promptissime perpetuum tribuimus firmitatem.
sed sciendum Imperatores hos hanc legem ideo tulisse,
quia populus aut in decimis defraudavit, aut omnino
nullas dare voluit, ut populus in posterum ibas iuxta
morem antiquum et canones reddat. unde et idem
Imperatores ibi §. i. dicunt: « omnes sane pragmaticas

Sanctiones, quae contra canones Ecclesiasticos interveniunt
 gratis vel ambitionis elicto fundi, robore suo et
 firmitate vacuatas telare precipimus, ergo hoc fecerunt
 vel advocati Ecclesiarum non vel Legislatores. Deia
 successus satis probatum fuit, decimas à deo fuisse pro-
 ceptas tam in lege veteri quam nova, adeoque lege civili
 et voluntate principum opus non esse.

2da quod decimae ministris Religionis nec jure natura- N. 215.
 li, nec Divino nec Ecclesiastico debeantur ex dictis facta
 probatur.

3ta quod Ecclesia non competat exigendi decimas, adeoque N. 216.
 rescripta Pontificum vim obligandi non habeant, verum
 signum esse, valet ex hoc, quia deus ipse in lege Moysi
 Levitis donavit, et christus in lege nova ordinavit
 ut sicut ibi de altaribus vivebant, ita et sacerdotes, nova
 legis de Evangelio vivant: cur ergo Ecclesia jus exigendi
 decimas non habeat, quas ipse christus ei concessit? cur
 rescripta Pontificum vim obligandi non habeant,
 cum nil aliud prosequantur, quam deus precepit?

4ta quod jus exigendi decimas non sit jus spirituale N. 217.
 quod falsum est, quia est jus Divinum, et decimae
 ipse deo sanctificari debent.

5ta quod Judex competens in causis decimalibus sit N. 218.
 Judex civilis, est contra rationem, nam quis Judex
 civilis potest esse Judex competens in rebus quae non sunt
 sui fori? decimae deo debentur et illi sanctificantur,
 quid ergo Judex civilis judicare habet in rebus, quae
 Dei sunt?

6ta quod Laici sint decimarum copares sine privilegio N. 219.
 Pontificis, est quod falsum, nisi probetur, quod deus

ut dominus decimationem eas illis conceperit. decimo
pertinent ad sacerdotium et altare dei, et sunt oblati-
ones deo factae, de quibus comedere non licet, qui
altari non deferunt. David etiam in summa necessi-
tate i. Reg. 21. 6. non audebat panes propositionis com-
edere, nisi sacerdos achimelech ei conceperet, sic
etiam Laici nullum jus habent ad decimas, nisi sumus
sacerdos eas conceperit illis.

N. 220.

Extra quod in principis potestate sit, s. necessitas,
Eclesiastice aut reipublice utilitas exigat, decimas ab-
rogandi, et alios redditus ministris Religionis assignandi,
ex nova ignorantia dicitur, quia finis primarius
decimarum institutionis non est sustentatio sacer-
dotum, sed oblatio deo debita in signum supremi do-
minij, et gratiarum actionis, et usus decimarum
tantum per auctores sacerdotibus concessus est, unde hi
licet alij modis sustentari possint, prout multi et hodie
alij redditibus provisi sunt, tamen decime abrogari
non possunt, nisi deus debito suo sacrificio contra
omnem justitiam vivetur, quod nulli Principi licet.

N. 221.

ut autem clare pateat hanc meam sententiam
non esse meam imaginationem, sed constantem Eclesi-
asticam doctrinam, omnes alij pluribus conciliis, adhiben-
tum duo oppono:

Concilium Lateranense generale a. 1215. habuit
sic definit: "cum non sit in homine, quod semen ferenti
" respondeat, quoniam iuxta verbum apostoli: neque quis
" plantat, est aliquid, neque quis rigat, sed qui incrementum
" dat deus: ipsum, qui de mactificato semine plurimum
" fructum affert, nisi avertit quoniam in decimis defraudare

nitentur, census et tributa, quae interdu[m] indecimata
 prolaeunt, de frugibus primitiis dedecentur, cum autem
 in signum universalis dominij quasi quodam titulo
 speciali sibi dominus decimas reservaverit, nos et Calixtus
 a rem dispendis et animarum periculis obviare volentes
 statuimus, ut in prerogativam dominij generalis exacti-
 onem tributorem et censuum precedat solutio decimarum p[er]
 Et concilium Trid. Sep. 25. cap. 12. de Reform. ita statuit.
 Non sunt ferendi, qui variis artibus decimas Ecclesiis
 convenientes subtrahere voluntur, aut qui ab aliis
 solvendas tenere occupant, et in rem suam vertunt,
 cum decimarum solutio debita sit Deo, et qui eas dare
 vel ad noluerint, aut dantes impediunt, res alienas
 invadunt.

cui ergo magis credendum nostris Canonistis et Li-
 berinis, qui hanc rem nunquam fundamentaliter dis-
 quisierunt, an constanti Ecclesiae contineat?

Hanc errorem committunt etiam in Novalibus, distin-
 guunt enim inter novata et Novalia. de primis dicunt,

N. 222.

certum esse, quod sint decimabilia, de secundis v[er]o reficiunt
 quid sentiant, an et eis sint decimabilia.
 Sed cur homo distinguat, ubi Deus ipse precipiendo decimas
 non distinguit? Deut. 14. 22. ait Deus: "deciman partem
 separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra
 per singulos annos." an forsitan judaei non etiam agros
 habuerunt, quos de novo ad culturam frugum redegerunt?
 quis hoc negabit? et tamen de iis juxta praecipitum domini
 decimas dare debuerunt, quia ait: "de cunctis fructibus tuis."
 Deus novalia crescere facit, sicut fructus antiquos,

ergo in gratiarum actionem ipsi debentur, sicut et alij
fructus.

Dein an non omnes agri olim novales fuerunt? jam
si omnes novales fuerunt, aut non exentur decimas
dare, aut si ad aeternum pertinerent, deus de omnibus deci-
mis defraudaretur, quin de alijs, pessimis sequelis quidquam
dicam.

¶ Denique non decima
pars agri, sive anti-
quus sive novus sit
prospicitur, sed decima indulgendum, quia juxta morem suum partem aut nihil
pars fructuum, qui
illo anno nascuntur.

¶ Miror et satis mirari non possum, quam caeci viri alij
doctissimi de hac materia scripserint. Heterodoxis magis
de doctrina Ecclesiae et maxime Sanctorum datum
tenent, quam sanen scire et investigare debent, ante-
quam illam negent. At orthodoxis viris off. ignoscendum,
cum hi veram Ecclesiae doctrinam profiteri et docere
teneantur. Culpam fortassis in alios auctores, quos
sequuntur, rejciunt, sed si caecus caecum ducit, nonne
ambo in foveam cadunt?

N. 223.

Quas pessimas sequelas non videmus ex hac doctrina
oriri? si populus instruitur, decimas tantum lege humana
praecipit esse, obliviscitur debiti sui erga deum, et pro
beneficij acceptis se gratum non offert. si audit,
decimas tantum ad sustentationem sacerdotum institutas
fuisse, absque scrupulo defraudat, sed quem defraudat? nonne
deum? imò an laicis non queritur via latissima de-
cimas ad se trahendi, cum illas non ut praecipitum
divinum sed merè pontificium et quid temporale
confident, et sub protentu supremi dominij sui territorij
sicut procul hodie ex simili falsa doctrina cum novalibus
faciunt? sibi vindicare non verentur? ubi oblatio

Deo debita? ubi cultus eius? ubi finis decimarum?
 sed taceo et concludo hanc materiam cum capitulari
 Caroli Magni apud Baluzium Tom. i. capit. pag. 250. quod
 ad confusionem Rerum Doctorum sic sonat: 1) similes
 1) secundum Dei mandatum precipimus, ut omnes deci-
 1) mam partem substantie et laboris sui Eulafii et Jaco-
 1) dolibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter
 1) vel litit. ruffici? juxta quod Deus unicuique dedit
 1) christiano, partem deo reddant.

N. 224.

Ad illud quod ex hac causa orta sit lex amorti-
 zationis, que valida et justa est, ne bona civitatis
 inutiliter impendantur, respondet: ergo quid quid
 Deo datur, inutiliter impenditur. sic ratiocinantur
 nostri libertini. si quotidie novis tabernis edificantur
 in quibus populus saltationibus, ludis, conepationibus
 et ebrietatibus omnem suam substantiam deliquat,
 hoc civitati utile reputant, quia inde Princeps ditatur,
 quod autem ad honorem dei et decorem Ecclesie, aut
 etiam in sublevamen pauperum donatur, juxta ima-
 ginationem illorum inutiliter impenditur. an erravit
 populus, dum Exod. 36. munera ad edificandum taber-
 naculum, et sustentationem sacerdotum Deo obtulit?
 non, quia Deus ideo ratificavit, et ipse Exod. 28. 15. pre-
 cepit: 1) non apparebis in conspectu meo vacuus. 1) aut
 erraverunt ibi, qui Luc. 21. 1) proferente christo munera
 sua in gazophylacium miserunt? non, sed et laudant
 viduam, que tantum duo minuta dedit. an erraverunt
 principes christiani, qui in C. de SS. Eccles. multis legibus
 hereditales, emptiones, prediorum, donationes, inter vivos

N. 225.

et nobis causa factas Ecclesiis confirmantur? non,
dicebant: "cur enim non faciamus distinctionem inter res
"divinas et humanas? et quare non competens pro
"rogativa caelesti favori conferretur? L. Sancimus. 22.
causam addabant L. jubemus 14. ibi: "quia sicut Ecclesia
"religionis et fidei mater perpetua est, ita eius patri-
"monium jugiter servetur illosum."

Non dico, legem auctoritatis esse injustam aut in-
validam, ne forte successu temporis omnia bona in
manus Ecclesiasticas perveniant in damnum commune
civitatis, cui quilibet princeps procurare debet, attamen
bona ipsa Ecclesia ex sua fundatione debita, et deo jam
sanctificata surripere, et in usus profanos convertere,
hoc Deus ipse et omnes leges prohibent.

§. 3.

De infallibilitate Ecclesie.

N. 226.

Hucusque de prerogativis Ecclesie catholice locuti
sumus argumenta pro et contra afferendo, nunc
de infallibilitate eius specialiter agendum est, ut prole
prerogativa omni exceptione majori; nam si hoc certa
est, omnes alie religiones nulle sunt, et non nisi fig-
menta humana probantur. igitur opere verum esse
duximus, hanc rem specialiter, et fundamentaliter
persequi, ut de veritate eius nullum dubium
relinquatur. pono ergo hanc propositionem:

Ecclesia catholica est, et debet esse infallibilis in
Decretis fidei.
Prob. 1. Christus est infallibilis, quia ut deus nec
falli, nec fallere potest. ergo etiam eius doctrina
debet esse infallibilis, quia verbum ipsius est, et si in hoc
falleret, et ipse fallibilis. jam doctrina Christi est

doctrina Ecclesie, quia Ecclesia eam docere debet:
 juxta illud Math. 28. 20. "docentes eos servare omnia
 quae cum ego mandavi vobis" ergo eius doctrina effectum
 et debet esse infallibilis. Sed

ais: hoc certa sunt, sed questio est, an Ecclesia catho- N. 227.
 lica semper doctrinam Christi docuerit, et modo doceat?
 R. quod Ecclesia catholica semper doctrinam Christi
 docuerit et adhuc doceat, inferius in speciali capite
 totam doctrinam Christi ante oculos positurus sum,
 cui doctrina Ecclesie catholicae in omnibus concordat.
 interim ut et hic huic questioni satis faciam, hoc tan-
 tum perpendenda propono:

Cum juda Joan. 7. 16. dubitarent de doctrina Christi,
 an ex deo sit vel non? respondit eis Jesus et dixit: mea
 doctrina non est mea, sed eius qui misit me, si quis voluerit
 voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, utrum
 ex deo sit, an ego à me ipso loquar. Sed ex quo cog-
 noscere poterant, quod sua doctrina sit doctrina patris
 sui? Joan. 10. 37. ait: si non facio opera patris mei,
 nolite credere mihi, si autem facio, et si mihi non
 vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et
 credatis, quia pater in me est, et ego in patre. Sed quo
 sunt haec opera? haec erant signa et prodigia Joan. 4. 28.
 quae faciebat, ex quibus suam divinam potentiam et
 veritatem suae doctrine ostendebat.

Similem potestatem dedit etiam suis apostolis, dum eos
 ad predicandum Evangelium misit, ut homines de veritate
 illorum doctrine dubitare non possent. ait enim Math. 10. 7.

« euntes autem predicare dicentes, quia appropin-
 quavit regnum caelorum: infirmos curate, nothos
 suscite, leprosus mundate, demones eijate p.
 Et hanc potestatem non solum apostolis, sed et om-
 nibus in eum credentibus tradidit. » qui credit in me
 1. ad Joan. 14. 12. » opera, quae ego facio, et ipse faciet,
 et majora horum faciet. »

N. 228.

Miracula ergo et signa supernaturalia sunt signum
 quod certissimum, quod quis à deo missus fuerit, et hoc
 signa in potestate divina faciat, quia omnem
 potestatem humanam superant.

Ex his signis probabat etiam apostolus Paulus juan-
 nismionem et veritatem suae doctrinae, ait enim 2. cor. 12.
 12. » signa apostolatus mei, facta sunt super vos in
 » omni patientia in signis et prodigiis et virtutibus, »
 jam si miracula sunt quae signa veritatis doc-
 trinae christi et apostolorum, tunc debent etiam esse
 signa quae veritatem doctrinae Ecclesiae catholicae, in qua in ea
 quotidie usque modo fiunt, ut totus mundus testi-
 monium perhibere debet. si autem in ea miracula
 fiunt, tunc illius doctrina debet etiam vera doctrina
 christi, quia alienam et falsam doctrinam deus sua
 potestate confirmare non potest, nec unquam con-
 firmabit, ut exemplum habemus act. 19. ubi iudei quidam
 videntes signa, quae fecerat Paulus, » conturbaverunt etiam
 » invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen
 » domini Jesu dicentes: adjuvo vos per Jesum, quem Paulus
 » predicat. — respondens autem spiritus nequam dixit

¶ veritatis

¶ miracula

et eis: Jesum novum et haurum feci: vos autem quis estis?
 et inficiens in eos homines in quo erat demonium pessimum,
 et dominatus amborum, invalidum contra eos ita ut nudum
 et vulnerati effugerent de domo illa. ex quo patet, quod
 licet isti judi invocaverint nomen domini Jesu, quia tamen
 doctrinam Christi non habebant, nihil contra demonem
 efficere potuerint.

opponunt tunc nostri haeretici, et dicunt, quod illa signa
 quo modo in Ecclesia fiunt, non sunt vera miracula
 sed tantum figmenta et fraudes Catholicorum, quos
 homines decipiunt, ut suo religioni fucum aliquem veri-
 tatis emendicent.

Ergo omnes catholici sunt mendaces et soli haeretici
 sunt homines veraces? quis hoc credit? omnes qui
 operibus Christi crediderunt, fuerunt veri fideles, et
 doctrinam eius susceperunt. jam in quo differunt
 miracula, quo modo fuerunt à miraculis Christi? si quis
 homo sanctus in conspectu omnium hominum mor-
 tuum è sepulchro vivum resurgere jubet? si ceco
 visum tribuit? si morbum insanabilem sola manus
 impositione curat? sunt haec signa distincta à
 signis Christi? quis hoc infirmitur? ad sunt eadem
 facta, eodem circumstantis, eadem potestas divina
 idem effectus miraculorum, sola diversitas est
 in personis, quod ad rem nihil facit, quia homines
 sancti haec signa faciunt non ex propriis viribus, sed
 in nomine Christi et potestate ipsi à Christo concepta
 consequenter semper ex potestate divina. si ergo ho-
 mines catholici haec signa oculis vident, manu

palpant, et de veritate eorum convicti sunt,
 errant ergo, si ea vel vera miracula credunt? sane
 in hoc nostro haeretico multo obstinatior, fuit
 quam iudei. hi miracula christi negare non po-
 tuerunt, unde et dicebant: Joan. 11. 47. "quid facimus
 quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum
 omnes credent in eum." quia ergo miracula negare
 non potuerunt, et videbant, quod propheta miracula
 omnes fuit susceperit doctrinam eius, captae illis
 hoc consilium dedit: "expedit vobis, ut unus moriatur
 homo pro populo, et non tota gens pereat." peiores
 sunt in hoc puncto haeretici, qui cum talia signa non
 inter eos ostendere possint, quibus illorum doctrina
 confirmaretur, effugium aliud non habent, ut in suis
 erroribus securius perseverare valeant, nisi ut negent et
 pernegent ipsa miracula. sed quo fructu? ut adimp-
 leatur: ait christus Matth. 13. 14. "in eis prophetia
 "Isaia dicentis: auditu audietis et non intelligetis,
 "et videntes videbitis et non videbitis: incrustatum
 "est enim cor populi huius, et auribus graviter audi-
 "erunt, et oculos suos clauserunt, ne quando videant
 "oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et
 "convertantur, et sanem eos."

Si ergo miracula sunt quae signa veritatis doc-
 trinae christi, et miracula innumera inveniuntur
 in Ecclesia catholica, sequitur necessario, quod et ha-
 beat veram doctrinam christi. et quia haec est infalli-
 bilis, Ecclesia quoque in sua doctrina sit infallibilis.

Prob. 2. Christus ait Math. 24. 35. « Caelum et terra trans-
 « ibunt, verba autem mea non poterunt » ergo semper
 manent. Jam verba Christi & quam doctrina eius: ergo
 et hoc semper manet. sed ubi? nonne in Ecclesia, cui illam
 in depositum dedit? ait enim Ise Joan. 17. 8. « quia verba,
 « quae dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperant, et cogno-
 « verunt vere. » si ergo doctrina Christi in Ecclesia
 semper manet, et ipsa infallibilis est, ergo etiam Ecclesia
 debet esse infallibilis, quia propter doctrinam hanc
 Ecclesia Christi est.

7 sunt nil aliud

Prob. 3. Christus ait Math. 16. 18. « super hanc petram di-
 « ficabo Ecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt
 « adversus eam. » Jam si Ecclesia esset fallibilis, an non
 portae inferi prevalerent adversus eam? prevalescere
 enim adversus eam nihil aliud est, quam illam in errorem
 inducere. si autem hoc possibile esset, quomodo im-
 plebitur promissio Christi?

N. 230.

Prob. 4. Christus ait Joan. 14. 26. « Paracletus, spiritus sanctus,
 « quem mitto dabo in nomine meo, ille vos docebit omnia,
 « et suggeret vobis omnia, quaecumque dixero vobis - v. 16.
 « ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis,
 « quem M. mundus non potest accipere, quia non videt
 « eum, nec scit eum. vos autem cognoscetis eum, quia
 « quod vos mandavit, et in vobis erit. » Math. 10. 18. « et
 « cum ad leges et profides ducimini propter me in testi-
 « monium iis, et gentibus. nolite cogitare, quomodo aut
 « quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid

" loquamini. non enim vos estis, qui loquimini, sed
 " spiritus datus vobis, qui loquitur in vobis." jam si
 spiritus Sanctus ipse apostolos doctrinam christi docebat,
 si in ipis manebat, et cum ante Reges et principes, quibus
 de hac doctrina esset, non apostoli sed spiritus Sanctus
 ex ipis doctrinam hanc defendit, quis negabit, apostolos
 fuisse in responsionibus suis infallibiles? sed christus hoc
 donum non tantum suis apostolis, sed et toti sua
 Ecclesia dedit, quia dicit, spiritum Sanctum mansurum
 fore in vobis quod suos discipulos, quod de solis aposto-
 lis dicitur, quia omnes mortui sunt.

Prob. 5. i. cor. 12. 13. ait S. Paulus, quod Ecclesia sit corpus
 christi, et enim in uno spiritu omnes nos in unum corpus
 baptizati sumus, sive iudei, sive gentiles, sive servi sive
 liberi, et omnes in uno spiritu potati sumus. 1. cor. 12. 13.
 " ipse autem sit caput huius corporis" adeo ut sicut unum
 quodque corpus a capite regitur, ita etiam Ecclesia a christo
 regatur. jam si Ecclesia fallibilis esset, et a christo re-
 gatur, nonne et ipse fallibilis esset, dum eam in errorem
 incidere permitteret? aut fallidem eam distinguere deberet,
 contra promissionem suam Math. 28. datam ubi ait:
 " ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi,
 et sic ipsa Ecclesia cessaret eius corpus esse, quia non
 amplius vivificaretur a suo spiritu, quod est contra S.
 Hieronymum.

Prob. 6. Deus posuit in Ecclesia apostolos, prophetas,
 et doctores, i. cor. 12. 28. nunquid ut veram fidem pro-
 dicent, et populos doctrina christi imbuant? sed si hi
 essent fallibiles, ubi esset vera fides, sine qua nemo sal-

vari potest, cum tamen Deus omnes salvos velit et ad agnitionem veritatis venire. i. Tim. 2. 4. qui hereses et errores extirpavi potest, si Ecclesia fallibilis esset, nonne in toto mundo nova confessio esset? imò an Deus ipse aliquem perire potest, si studiosè in errore perseveret, cum tamen suis doctoribus credere debebat?

Prob. 7. S. Paulus i. Tim. 2. 15. ait: «Ecclesia dei vivi est columna et firmamentum veritatis.» si ergo est columna et firmamentum veritatis, etiam debet esse infallibilis, quia si fallibilis esset, non potest fulcire et sustentare veritatem, et sic desinere esse columna et firmamentum veritatis, falsitas enim et veritas simul stare non possunt.

Mura adhuc testimonia afferre possem, si quis esset, nam hoc alata infallibilitatem Ecclesie ita clare probant, ut et ipsi heretici de veritate eorum convicti infallibilitatem hanc Ecclesie denegare non audeant, at tamen illam adeo restringunt, ut illam tantum in certis casibus admittant. videamus ergo illorum rationes.

1o. dicunt, verum esse, quod Ecclesia non erret, sed tamen tantum, quomodo vocem sancti audit, et illius mandata observat.

2do quod quidem regatur à spiritu dei, sed tamen tantum, quomodo eius inspirationibus non resistit.

3to. Christum quidem esse caput Ecclesie, sed non aliter, nisi sicut ratio in homine. sicut ergo in homine omnia rectè parantur, si concupiscentia rationi se submittit, contra omnia perturbantur, si secus fiat, ita similiter rem se habere in Ecclesia, in qua si verbum dei auditur et servatur, omnia in bonum cedunt, secus si istud quidem auditur, sed non servatur.

4to S. Joannes, quoc. i. 20. ait: Ecclesiam esse lucernam non ipsum lumen. Jam lucerna ad illuminationem nihil aliud confert, nisi ut portet lumen, sed illuminatio fit à luce, quae est verbum dei. si autem Ecclesia non ipsa luce, quomodo poterit verbum dei infalibilitate docere? unde
5to dicunt, Ecclesiam quidem esse columnam veritatis, sed non in sensu architectonico quasi veritatem sustentet, sed politico adeo ut sensus sit: Ecclesia est columna, sicut columna in aula regia vel foro publico, in qua edicta regia affiguntur, sic etiam Ecclesiae mandata dei affiguntur, ut ab unoquoque legi valeant.

6to quod epistola spiritus sancti tantum apostolis promissa fuerit, et non pro semper illorum successoribus.

7mo quod promissio facta non sit Ecclesiae, sed privatis personis tantum, quibus spiritus sanctus specialiter epistit.

8vo quod christus infalibilitatem non Ecclesiae militanti, quae saepius jam erravit, sed triumphanti promissit, quod amplius errare non potest. et quod adhuc talia somnia plura sunt, quae afferunt, sed facere nullam responsionem merentur, adeoque ita supercedo, et ad hoc tantum

N. 291.

Respondeo ad innumera imaginacionem cuiusdam magis doctoris Lutherani insolabile argumentum, quod tamen est verum phantasticum somnium, quod sic probat. hic est questio de doctrina Ecclesiae, an haec sit infalibilis nec ne. et iste fallibilitatem eius probare nititur ex observatione doctrinae, an doctrinae et observatio eius sunt unum et idem: posito hic doctor profert in cathedra doctrinam veram, quae tamen à nemine observatur, an propterea eius doctrina est autem sit falsa? hoc ipse negabit. Sic etiam Ecclesia non

errat in doctrina, sed membra eius errant, dum illam non observant. et sic

Respondes ad 2^{um} quod licet quidam resistant spiritui sancto quoad observationem doctrinae, doctrina tamen semper manet, et sic etiam Ecclesia semper a spiritu S. regitur. hinc

Respondes ad 3^{um} hunc doctorem pessime confunderi facta cum ipsa doctrina. hanc Christus ut corpus Ecclesiae docet et conservat. ad observationem autem eius speciali gratia homines illuminat et inclinat, quo gratia non pertinet ad doctrinam, sed ad eius observationem, per quam observationem finis doctrinae completur, ipsa in se semper eadem remanente. veritas patet in dicto paritale, et si alias non sit omnino conveniens. ratio in homine dicitur, et inclinat hominem ad observationem mandatorum dei, sed non est ipsa lex. sic etiam Christus sua gratia hominem inclinat ad observationem doctrinae suae, sed haec inclinatio non est ipsa doctrina, quia omnis lex debet prius existere, antequam observetur, et sic hic autor contra rationem observationem cum ipsa doctrina confundit, quo semper manet, an observetur vel non.

Respondes ad 4^{um}: verba S. Joannis c. 1. sunt haec: "Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea et septem candelabra aurea: septem stellae angeli sunt septem Ecclesiarum, et candelabra septem septem Ecclesiae sunt." hi angeli sunt Episcopi septem Ecclesiarum Episcopatum a se, ut ex contextu patet. et candelabra

sunt Ecclesie. sed quales Ecclesie? an Ecclesia christi,
 quae est cætus hominum similiter credentium? sed hoc
 tantum est una, ubi tamen hic Joannes de septem men-
 tionem facit? ergo debent esse illæ Ecclesie materiales,
 in quibus Episcopi residebant, et tanquam stello om-
 nibus producere debebant. sic et christus ad apostolos
 math. 5. 14. locutus est: » vos estis lux mundi -- sic lu-
 ceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera
 » vestra bona, et glorificent patrem vestrum, qui in
 » cælis est. » si ergo apostoli et Episcopi sunt lux mundi,
 et hominibus producere debent, an non etiam infalli-
 biliter doctrinam christi annuntiare possunt et debent?
 christus ipse nullam distinctionem facit inter doctrinam
 suam et doctrinam apostolorum dum luc. 10. 16. ait:
 » qui vos audit me audit, » ex quibus patet, quam ir-
 rationaliter heretici scripturam sacram interpretantur.
 Respondeo ad istud quod similis sententia interpretatio est,
 in qua parte mundi est hoc columna, in qua mandata
 dei affiguntur, ut omnes legere valeant? manifesta nobis
 est etiam ista et nos mandata dei in illa legere valeamus,
 quia et hoc sive nobis ad salutem necessarium est. ad ut
 videtur, dormit, et tantum in somno sic locutus est.
 an ergo Ecclesia christi est tantum truncus inanimatus
 de qua tamen christus math. 18. 17. ait, quod loqui possit
 et debeat: » dic Ecclesie » et illius iudicio sub pena con-
 nationis sit obsequendum: » si autem Ecclesiam non au-
 diderit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus? » apostolus
 hic Ecclesiam non vocat solum columnam, sed et firmam-
 mentum nisi quod est veritatis, quomodo autem
 poterit esse firmamentum veritatis, si loqui et se explicare
 non potest? apage cum his nugis.

q clarissime doctor:

Respondeo ad 2^o falsissimum esse, quod assistentia
 Spiritus S. tantum apostolis promissa fuerit, nam an frustra
 Christus dixit: // ego vobiscum sum usque ad consummationem
 seculi? // idem Spiritum Sanctum se missurum, ut maneat
 in eternum quid vos? ad quid hoc promissio, ubi apostoli
 tantum per breve tempus in hac terra vixerunt? Item
 non omnes homines usque ad consummationem seculi cre-
 dere, et mandata Dei servare debent, neutrumque autem
 sine assistentia et gratia Spiritus S. fieri non potest,
 nam fides donum Dei est 1^a Cor. 12. 9. et Christus ait: Joan.
 15. 5. // sine me nihil potestis facere. // an S. Paulus men-
 tibus est, dum 1^a Cor. 6. 19. ad Corinthios scripsit: // an nescitis
 // quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti,
 // qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? //

Respondeo ad 3^o similiter falsum, quod hoc promissio
 tantum facta sit privatis personis; nam ad quosdam
 Christus ~~ait~~ Luc. 8. 10. dixit: // vobis datum est nosse
 // mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, ut
 // videntes non videant, et audientes non intelligant. //
 // illis: Luc. 24. 45. // aperuit sensum, ut intelligerent scripturas. //
 Ecclesiam precepit audire non privatas personas, ergo primario
 Ecclesie sua assistentiam Spiritus S. promissit, sine qua hoc
 omnia fieri nequeunt.

Respondeo ad 4^o quod Christus infallibilitatem non Ecclesie
 militanti, sed triumphanti promissit, est iterum questum
 falsum. Christus ait Matth. 16. 18. // non est opus valentibus
 // medicis, sed male habentibus. // Ecclesia triumphans non
 indiget promissione ~~est~~ infallibilitatis, quia errare non
 amplius potest, sed Ecclesia militans, quae variis infirmitatibus
 et tentationibus obnoxia est. unde et Christus ad quosdam
 Petrum Luc. 22. 31. dixit: // Simon, Simon, ecce Satanas ex-

"petunt vos, ut cribretis sicut triticum: ego autem rogaris
 "pro vobis, ut non deficiat fides vestra: et sic aliquando converfus
 "confirma fratres vestros." et Paulus ait Rom. v. 26. "similitudo
 "et spiritus adjuvat infirmitatem nostram. nam quid oramus
 "sicut apostolus, refertur. Sed iste spiritus postulat pro nobis
 Deum ubi sola invenitur in sacris scripturis, quod
 Christus Eclesie triumphanti infallibilitatem promissit
 et qui juraret istam hoc promissio, ubi errore non
 amplius potest. Sed ceptemus de fidelitatis, quia
 quin rationem illustrent, stomachum tantum movent,
 et ad aliam questionem nos convertamus, quae
 de hac materia adhuc resolvenda restat.

N. 232.

Hucusque satis superque probari infallibilitatem
 Ecclesiae, sed quodvis iam est, an hoc infallibilitas
 se habeat ex parte totius Ecclesiae, id est, in membris et
 in capite simul, aut etiam separatim in membris et
 capite?

Libertini nostri cum haereticis hanc infallibilitatem
 abnegantes docent, hanc infallibilitatem solummodo
 residere penes consensum omnium Episcoporum in
 conciliis generalibus congregatorum, aut extra con-
 sistentium. Sed sicut in aliis dogmatibus ven-
 tum obiter et juxta phantasiam suam metiuntur, ita
 et hic eos graviter errare ex nox dicendis patet.

Infallibilitas alicuius rei non desumitur ex assensu
 plurium hominum, qui de ipsa et errare possunt, alias
 nunquam de re aliqua certi esse possemus, sed de ipsa
 veritate rei et enumeratione personae infallibilis, cui
 certo credere possemus. iam inde valem veritatem et
 personam infallibilem profertur in rebus revelatis in-

quere debemus? iater homines? ad David ait psal. 115.
 11. "omnis homo mendax." et Paulus ait 2. cor. 2. 5. non
 "quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi
 "ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est." ergo quid
 Deum solum, qui solus verax et infallibilis est, hanc
 veritatem invenire possumus. christus ipse adtestatur;
 nam cum Petrus math. 16. 16. ad eum dixisset, tu es
 "christus filius dei vivi, statim Jesus respondit, et dixit.
 "beatus es Simon Barjona, quia caro et sanguis non
 "revelavit tibi, sed pater meus, qui in caelis est." et
 S. Paulus 1. cor. 12. 3. ait: "nemo potest dicere dominus
 "Jesus, nisi in spiritu Sancto. Divisiones gratiarum sunt,
 "idem autem spiritus. -- aeteri fides in eodem spiritu,
 "alii gratia sanctorum in uno spiritu: alii operatio
 "virtutum, alii prophetia & hoc autem omnia operatur
 "unus atque idem spiritus." si autem deus est, qui operatur
 in nobis velle et perficere phil. 2. 13. et sensum homini non
 cognoscimus Rom. 11. 34. nisi illum revelet nobis, ergo veritas
 et consequenter etiam infallibilitas se fundat in revel-
 atione dei, et non in consensu omnium Episcoporum,
 qui consensus nihil aliud est, quam agnitio veritatis,
 et sic ipsa veritate posterior, quod agnitio non plus
 operatur, quam ut omnibus palam veritas fiat, et sic
 omnibus hominibus ut talis ad credendum proponi possit.
 Et in hac revelatione assistentia spiritus Sancti consistit,
 qui ideo Ecclesiam derelinquere non potest, nisi eam in
 errorem incidere permittet, quod est contra promissionem
 christi. siue ergo de qua solus aliquid de fide definitur
 aut hoc in concilio generali fiat, talis definitio semper
 erit infallibilis, quia dictante spiritu Sancto facta est.

Nec dubitare fas est, christum ipsum tali iudice Eulefio
suo providente, quia alias idem in incastitudine sua
salutis non tantum reliquisset, sed et periculo quosdam
exposuisset, si potlo infans adversus eam provalere poterat,
quod est contra ipsum, promissionem.

Quia autem officium huius iudicis est vel maximi
momenti, necessarium quoque est, ut certas qualitates
possideat. 1^a est, ut habeat auctoritatem illimitatam,
ut omnes ei obedire debeant. 2^a ut sit infallibilis
in se et ex se, ut quivis suam sententiam sine timore
et dubio sequi valeat. 3^a ut suum iudicium sit pub-
licum, notum, et ab omnibus intelligibile, ut omnes
fiant, quid et cui credendum sit. 4^a ut sit in hac terra, ut omnes ipsum adire
et audire valeant.

N. 295.

Et quis hic iudex sit, modo in lite est. quidam
putaverunt illum esse dictamen rationis, quod omnes
facit, quid faciendum aut omittendum sit. Sed hoc
dictamen hic iudex esse non potest, quia fides et res
revelata sunt supra caput eius, adeoque de his ju-
dicare non potest.

Ex doctrina Libertinorum nostrorum clare colligitur,
Principem Territorialem hunc iudicem esse, cui usque
regiastici omnem potestatem circa facta et ipsam re-
formationem Religionis adscribunt. ab sine ratione:
potestas huius iudicis dependet à deo, et ex ore ipsius
dei loqui debet, quia iudicium eius versatur circa res
revelatas, quas nemo comprehendit, nisi deus eas revelet.
unde autem scimus, quod deus hanc potestatem Principibus

dederit, aut ei suam voluntatem revelaverit? hic deus
 ipse ait: manum de tabula: gladium, non meam Eulphiam
 tibi regendam tradidi. certe in hoc ipse heretici melius
 sentiunt.

N. 236

Arabophrasta cum quibusdam antiquis hereticis docent,
 inspirationem occultam divinam esse regulam suffi-
 cientem, quo unumquemque doceat, quid credere vel non
 credere debeat. Verum inspirationem hanc ad hoc officium
 non sufficere, patet ex sequentibus:

Deus quidem per inspirationem occultam hominem ad
 bonum illuminat et movet, dum autem eum ad fidem
 vocat, facit hoc per vivam vocem. dum christus religi-
 onem suam instituit, homines ad eam amplectendam
 non per occultam inspirationem docuit, sed apostolos
 suos in universum mundum misit, ut voce viva eam
 predicarent, et suo testimonio confirmarent, quod et
 fecerant, dum act. 10. 29. dixerant: || nos testes sumus
 || omnium, quod fecit in regione iudeorum. || unde S.
 Paulus Rom. 10. 17. ait: || ergo fides ex auditu, auditus
 || autem per verbum christi. sed dicit: nunquid non ac-
 || diderunt? et quidem in omnem terram exivit sonus
 || eorum, et in fines orbis terra verba eorum. ||

Item inspirationes divinae sunt occultae et privatae, quo
 nullo testimonio probari possunt, et ideo incerte et suspectae
 hoc officium autem debet esse publicum, adeo, ut nemine
 in dubium vocari possit. dicit illa Luc. 16. rogabat etiam
 abraham, ut mittat Lazarum ad fratres suos, ut occultis
 eos ad poenitentiam moveret: ac dictum est illi: || habent

« Moyſen et prophetas, audiendos illos. »

Item iudex hic debet eſſe notus, certus, et in ſuis iudiciis clarus, inſpirationes autem ſunt ipſi inſpiratiſ dubia et incerta, unde et S. Joannes i. p. 4. i. unumquemque monet: « nolite omni ſpiritus credere, ſed probate ſpiritus ſi ex deo ſint. » dein an non et ipſe diabolus ſe quandoq; tranſfiguravit in Angelum lucis, et tales inſpirationes inſpirat, quas inſpiratiſ ipſe diſcernere non poteſt? quot fraudibus et mendaciis non ſunt ſubjecto? Lutherus ait: ſe ex privata inſpiratione edoctum fuiſſe, Chriſtum in ſumptione Eucharistiſ preſentem eſſe, e contra ex eadem inſpiratione Calvinus docet, Chriſtum ibi preſentem non eſſe, ſed Eucharistiſtam eſſe veram figuram ſacrificij Chriſti in cruce. quis ex his duobus veritatem docet? cuius revelatio vera eſt?

Item poſito etiam quod quedam inſpiratio ſit vera, propterea tamen non eſt authentica, et à nemine recipitur, niſi ab aliis confirmata ſit. S. Paulus doctrinam Evangelij per revelationem accepit, ipſe tamen in ſe ſolum non confidebat, niſi à ceteris apoſtoliſ confirmata eſſet, unde et ipſe galat. 2. 2. ait: « aſcendi autem ſecundum revelationem Ieroſolymam, et contuli cum illis Evangelium, quod predicatio in gentibus, ſecurum autem iis, qui videbantur aliquo eſſe, ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem. » ex quibus clare patet, revelationem divinam hunc iudicem eſſe non poſſe.

Lutherani et Calviniſti propius ad metam veniunt, et dicunt, inſpirationem divinam non eſſe ſemper ultimam regulam in omnibus rebus, ſed ſacram ſcripturam ſolan eſſe iudicem, niſi propter hanc aut alios articulos fidei dubium ſe oſtendat, ubi deinde ad inſpirationes privatas confugiendum ſit, quo deinde deſſentur, quod tam

biblia, quam alij libri alias boni verbum dei sint.
Ita loquitur Calvinus l. i. iustit. c. 7. ne liceat ag-
noscere authoritatem Ecclesie, à qua se separavit, non
attendens ad errorem in quem incidit, dum ait, scrip-
turam sacram per inspirationem confirmari, cum
tamen inspiratio per scripturam confirmari debeat.

Sed nec hęc sententia consistere potest. primo quia
ut modo probavi revelationes divinis nec prima nec
ultima regula in rebus fidei esse possunt, dantur
enim solum personis privatis in bonum privatum, per
quod inspiratus non iudex constituitur ad dirimenda
omnia dubia, nec inspiratus certus est de veritate
inspirationis divinis, nec ei creditur, nisi miraculo pro-
betur, aut eventus rei veritatem aperte doceat, quod
rarisime fit, unde et nihil probant.

n. 237.

2do quod S. Scripturam attinet, quod hęc sola sit iudex
has afferunt rationes: quia est verbum dei, infallibile
cui omnes obedire debent: est verbum unicum, per
quod nos deus omnia revelat, quo ad Religionem suam
pertinent: est verbum clarum, quod omnia dubia
resolvere potest, unde inferunt, quod sit regula
unica, per quam ceteri dirimi debent: norma, iuxta
quam totum edificium spirituale edificari debet:
pyxis nautica, compassus, quo rorem Ecclesie ad portum
ducat: Lex, qua omnes disciplinas dirimit.

¶ quid est scriptura?
hoc in se vel aliud
est, quam narratio
scripta eorum, que
christus fecit et do-
cuit. at

Hęc omnia prerogativa catholici sive scripturas
quod concedunt sed cum grano salis. nam inde inferunt
quod scriptura ~~hęc~~ sit verbum dei infallibile, cui
omnes obedire debent: an consuetudinem hęc non habet
ab Ecclesia, que sola definitur hos vel illos libros esse

canonicos, et à spiritu sancto dictatos: plura olim
 Evangelia et Epistole circumferabantur, quas quidam
 inter libros canonicos recensebant, quas tamen Ec-
 clesia inter quosdam rejectit. ergo sequitur scripturam
 sacram suam authenticam auctoritatem soli Ecclesia
 debere, et iudicium esse non posse nisi quatenus ab Ecclesia
 confirmata est.

Est etiam verbum unicum, per quod Deus nobis pro-
 qua, quod ad Religionem pertinet, revelavit, sed non
 omnia: sunt enim plures articuli fidei, de quibus Sacra
 scriptura nihil aut parum refert, ut sunt: quod filius
 sit consubstantialis patri: an spiritus sanctus unica
 generatione à patre et filio procedat: quod etiam in-
 fantes baptizari possint: quod sabbatum in dominicam
 fuerit mutatum, ergo si etiam esset solus iudex,
 factum in us esse non posset, de quibus nullam menti-
 onem facit.

Quod sit verbum clarum, et ideo omnia dubia resol-
 vere possit, loquuntur contra propriam scientiam
 et conscientiam, et propriam confessionem scripturæ.
 nam si scriptura esset clara, hinc nulla disciplina
 propter illam institui posset, et fuisset una religio ab
 initio sua existens usque in hodiernum diem. at
 unde hoc factum et hæreses exorta sunt: nome quia
 quibus sectarius, ^{villan} iuxta ^{villan} genium suum aliter interpretatur:
 iam si clara esset, aliter interpretari non posset.
 fateor hunc errorem non à sola sacra scriptura pro-
 venire, sed ex malitia ipsorum hæreticorum, qui etiam
 textus clarissimos pervertunt, et in suum sensum trahunt.

ut in hoc exemplo patet: christus clarius loqui non potuisset, dum dicit: hoc est corpus meum, hic est sanguis meus: quod verba aliter intelligi non possunt, quam quod apostolis tradidit, ante sumptionem fieri corpus et sanguis eius, quia alias mortuus fuisset, si panis primum panis in sumptione corpus eius factum fuisset, et tamen Lutheras et Calvinus hoc verba pervertunt, dum prior volunt, panem primum in sumptione corpus christi fieri, et aliter hoc omnia tantum figuram fuisse sacrificij in cruce.

Est igitur sacra scriptura in quibusdam locis clara in aliis autem nimis obscura, ut S. Petrus 2. p. 3. 16. tam de aliis scripturis, quam de epistolis S. Pauli testatur ubi ait: in quibus sunt quaedam difficulta intellectu, quae indoliti et instabiles depravant, sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. imò christus ipse ait Luc. 8. 10. ad suos apostolos: vobis datum est nosse mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis, ut videntes non videant, et audientes non intelligant. quas parabolae ipsi apostoli non intellexerunt, nisi christus eis illas explicasset. Si igitur scriptura est verbum christi, et verbum christi obscurum fuit, ergo et hoc obscurum esse necesse est.

Imò si sacra scriptura tam clara est, quare ipsi haeretici de vero ipsius sensu inter se pugnant et collidunt? si est regula, quare ceteri juxta illam non decidunt? si norma, quare religionem suam non firmiter super eam aedificant? si pyxis nautica, quare non secure sed semper dubiosi ad portum veritatis vehunt? si Lex clara, quare semper de illa disputant, et non omnes illam pariformiter

sequuntur: ecce causam vobis queriam. scriptura sacra
 est regula, norma, pyxis nautica et lex, sed muta, quae
 se ipsam explicare non potest, ergo nullo nimirum senten-
 tiam ferre. nam licet regula jus demonstrat ad di-
 mendam litem, si tamen à iuris perito non in activitatem
 ponitur: si norma ab aedili non applicatur: si pyxis
 nautica à gubernatore non recte ponitur, et lex à
 magistratu non applicatur, omnia sine actione non valent.
 Sic quoque se res habet cum sacra scriptura: hoc in se
 continet quidem jus divinum, ^{normam} ~~normam~~ ad edificium
 spirituale, demonstrat viam ad portum felicitatis
 aeternae, et legem divinam in se conservat, sed si non
 legitur, non intelligitur, non explicatur, non pro-
 dicatur, sine effectu manet. // omnis scriptura divina
 inspirata: ait S. Paulus 2 Tim. 3. 15: // utilis est ad docen-
 dum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum
 in iustitia, sed ut perfectus sit homo, ad omne opus
 bonum instructus, requiritur docens, arguens, cor-
 riciens et erudiens, sine his nullus sequitur effectus.
 clara sunt haec ex hoc exemplo: Christus suis apostolis
 multa praecepta dedit, eosque instruit in omnibus, quae
 ad vitam aeternam consequendam necessaria sunt non
 tantum apostolis, sed omnibus hominibus: jam hoc
 doctrina erat verum verbum dei, at quid adhuc re-
 quiebat, ut effectum suum fortiahtur? misit itaque
 in universum mundum predicare hanc doctrinam,
 omnesque homines ad illam recipiendam docere, et de
 veritate illius signis convincere. cum ergo scriptura S.
 sit idem verbum, quod Christus creberrime enuntiavit,
 idem quoque de eadem dicendum.

Quaestio igitur tantum est, quis illam docere et
explicare possit et debeat? forsitan quisvis sutor aut
Sartor, ut quid haereticos moris est? non, sed ad hoc
officium christus sibi speciales homines elegit. et quos-
dam quidem sicut ait S. Paulus 1. Cor. 12. 28. / posuit deus in
Eclesia primum quidem apostolos, secundo prophetas,
tertio doctores - et interpretationes sermonum. nunquid
omnes apostoli? nunquid omnes prophetae, nunquid
omnes doctores? nunquid omnes interpretantur? non:
v. 4. sed divisiones haec gratiarum sunt -- alij quidem
per spiritum datur sermo scientiae, alij autem sermo
scientiae secundum eundem spiritum -- alij interpretatio
sermonum. haec autem omnia operatur unus atque
idem spiritus, dividens singulis prout vult.

Prodicator et explicator huiusmodi debet esse in-
fallibilis, et inspiratus à deo, ut veritatem enuntiet,
nam cum scriptura sit verbum dei, et illius sensum
nemo noscit, nisi spiritus dei Rom. 2. 11. talis prodicator
necessario spiritu dei inspiratus esse debet. animalis enim
homo non percipit ea, quae sunt spiritus dei, multa
enim est illi, et non potest intelligere, quia haec spi-
ritualiter examinari debent. unde et Paulus ibi de
se ipso dicit v. 12. nos autem non spiritum huius mundi
accipimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus,
quae à deo donata sunt nobis, quae et loquimur non
in doctis humanae scientiae verbis, sed in doctrina
spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.
Apostoli per tres annos cum christo conversati sunt

et quotidie pulcherrimas doctrinas ab ipso audiverunt,
 sed nihil horum intellexerunt, et sic opus fuit speciali
 gratia, atque illis quæret sensum, ut intelligerent
 scripturas // Luc. 24. 45. et sic quilibet homo mundanus
 intelligat et explicet S. Scripturam? unde tot hæreses
 et Sectæ nisi ex male intellecta et explicata S. Scriptura?
 Hoc primum intelligentes, t. ait S. Petrus 2. Ep. i. 20. //
 quod omnis prophetia scriptura propria interpretatione
 non fit, non enim voluntate humana abata est
 aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati
 locuti sunt Sancti Dei homines //
 Certum est igitur interpretationem scriptura esse
 opus Spiritus Sancti, et quia sic Joan. 14. 14. non mundo
 sed apostolis et consequenter Ecclesiæ tantum pronuntius
 fuit, sic etiam Ecclesiæ sola potestatem habet scripturam
 sacram infalibilitè explicandi et interpretandi.

Cum igitur S. Scriptura in se sit obscura et nuda,
 adeo ut se ipsam explicare et sententiam ferre possit,
 hinc etiam iudex in causis fidei esse non potest.
 Corpus juris continet in se omnes leges: quæ leges
 licet in se veræ et justæ sint, quia tamen se ipsas
 explicare non possunt, aliis requiritur, qui eas
 explicet, et ex iis sententiam ferat. Lex quidem ma-
 teiam ad iudicandum suppeditat, sed ex se ipsa non
 iudicat. sic est etiam cum S. Scriptura. Eunuchus
 Regis cæcæcis legebat act. 8. 30. Isaiam prophetam
 et intelligebat verba prophete, sed propterea non
 sciebat, de quo propheta loquebatur, nec ex se seive
 profecti, nisi philippus diaconus ei totum sensum querisset,
 an frustra cathedra et professores in academiis ad ex-
 plicandas leges civiles instituti sunt? an frustra christus

in sua Ecclesia Doctores et interpretes ordinavit?
 sane non, sed ut doceant, interpretentur, et judicent.

¶ iudex

N. 239.

Cum igitur scriptura sacra in causis fidei et Religi-
 onistese non possit, alium inquirere debemus, qui
 hoc officio melius fungi valeat. et quis est iste?

Dico: Est scriptura sacra sit verbum dei infallibile
 et si clare loquatur, rem ex se determinet, et ideo se-
 quenda sit, tamen quia semper et semper ab aliis aliter
 intelligi potest, et ipsa se ipsam explicare non valeat.
 Ecclesia sola tanquam iudex ultimus agnosci debet.
 quod sic proba:

¶ iud. certum est, scripturam veteris testamenti multo
 clariorem fuisse, quam scripturam novae legis, quia
 illa de rebus terrenis usque captu facilioribus, hoc
 autem de spiritualibus scribitur nostris in perspicuis
 loquatur: et tamen nusquam legimus, Deum officium
 iudicis facere scripturae commendate, sed Synagoga illud
 tradidisse. ait enim deut. 17. 8. ¶ si difficile est am-
 ¶ biguum apud te iudicium esse perspexeris -- veniesq[ue]
 ¶ ad sacerdotes Levitici generis, et ad iudicem, qui fuerit
 ¶ illo tempore, queresq[ue] ab eis, qui indicabunt tibi iudicij
 ¶ veritatem -- sequerisq[ue] sententiam eorum, nec declinabis
 ¶ ad dexteram neq[ue] ad sinistram. qui autem superbiae,
 ¶ nolens obedire sacerdotis imperio -- morietur homo ille
 ¶ et auferes malum de Israel. ¶

¶ terreno
 ¶ explicanda

Similiter Christus in nova lege constituit, dum matth. 18.
 15. ait: ¶ si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe
 ¶ eum inter te, et ipsum solum. si te audierit, lucratus
 ¶ eris fratrem tuum. si autem te non audierit, adhibe
 ¶ tecum adhuc unum aut duos -- quod si non audierit eos
 ¶ dic Ecclesia. si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi

o sicut Ethnicus et publicanus. jam si scriptura est
iudex, christus fratrem offerens non ad Ecclesiam, sed
ad scripturam misisset.

2do christus dedit suis apostolis Math. 18. 18. potestatem
ligandi et solvendi in quibuscumque rebus. jam
hoc potestas est potestas judicialis, quia solus iudicis
est v. g. aut delictum punire aut condonare, aut
aliquid statueri, aut illud ommittere. ubi autem legitur
christum hanc potestatem tribuisse scripturae? imo
hanc potestatem scriptura exercere non potest. ut
quis infideliter liget aut solvat, requiritur ne-
cessario, ut rem ipsam et circumstantias bene per-
pendat, rationes hinc et inde proponeret, ut fiat
quod veritati sit conformior, ad hoc scriptura non potest,
ergo neque iudex esse potest.

3tio. cum act. 15. questio vertebatur, an gentiles
noviter conversi etiam circumcidi debeant, quo questio
utroque ad fidem pertinebat, apostoli non consuluerunt
S. Scripturam, in qua nec jota de hoc casu inveniebatur, quia adhuc forsan
sed inter se ipsos rem hanc decidebant, dicentes: "jugum nulla erat,
" hoc super cervicem discipulorum non esse imponendum,
" quod neque habes nostris, nec nos portare possumus." Si
ergo apostoli officium iudicis sine scriptura exercerent,
quare non et eorum successores et Ecclesia istud exer-
cere possint?

4to officium iudicis pertinet ad regimen Ecclesiae, quia
sine iudice nulla lis sapiretur, et sic unitas conservari
non posset: jam christus nulli scripturam vel doctorem
Ecclesiae constituit, sed " Spiritus Sanctus posuit Episcopos
" regere Ecclesiam Dei" act. 20. 28. ergo et hi debent esse
iudices.

Sto. quam insipienter haeretici de hac re loquuntur, patet ex hac ratione. nulla res dubiosa se ipsam decidere potest, sed dubium ab alio solvi debet, quia alias non esset, neque maneret dubiosa, sed certa: atque scriptura sacra est dubiosa, alias non quilibet haeticus aut libertinus illam in suum sensum retorquere posset: ergo scriptura ipsa suus iudex esse non potest, nam si iudex esse posset, omnes haereses jam diu condemnasset, quod autem nunquam facit, aut facere potuit, quia nulla est. et quid de iudice nullo, qui nec intelligere, nec discernere nec audire et loqui potest, tenendum, unius cuiusque arbitrio relinquo.

Quia ergo scriptura sacra suus proprius iudex esse non potest, illam ipsam, ut res decidatur, ab alio iudice iudicari debere necesse est, qui non est alius quam ecclesia cui christus sensum querit, ut intelligere possit scripturam, et potestatem ligandi et solvendi concepit.

N. 240.

Sed obijciunt nobis haeretici, et nos catholicos gravissimi erroris arguunt, quasi nos non estimaremus scripturam sacram, et illius auctoritatem semper firmare nitamur, ut doctrinas et mandata hominum super extollerentur, cum tamen christus ipse Joan. 5. 39. iussit scripturas sanctas et illi credere.

At errant, et graviter errant nostri haeretici, nobis fatalem injuriam affigendo. nos catholici, multo majoris estimamus S. scripturam quam illi: nos veneramus illam ut verum et infallibile verbum Dei: omnia, quae nos docet, accipimus ut mandatum divinum: illam in omnibus rebus non tantum consulimus, sed

et illius doctrinam sequimur, et ut infallibilem veneramus.
 Etiam in rebus ambiguis, ubi se ipsam explicare non
 potest, non sequimur doctrinas hominum fallibilium
 sed sententiam Ecclesie, quod propter assistentiam con-
 tinuam spiritus Sancti fallere non potest, et ideo illam
 ut iudicem agnoscimus, quia scriptura in propria causa
 iudex esse non potest. ubi contra hereticos, et si illam
 ut verbum dei deprecant, sensum domus illius adeo
 pervertunt, ut sibi amplius non simili videatur. illam
 quidem ut unicum iudicem declamant, quin vel uni-
 cam sententiam ab illa latam demonstrare valeant.
 ubi autem nulla sententia, ibi nulla decisio et
 nullus iudex. aut si rem penitus inspiciamus, an
 non et ipsi scripturam ut iudicem regardent? cur sequantur
 doctrinam Lutheri, calvini et aliorum hereticorum?
 nonne quia credunt, eos se melius scripturam
 melius intellexisse, et explicasse? hoc ipsi fatentur.
 sed an non sic Rosa doctores ut iudices scripturas
 agnoscunt? sane qui explicat scripturam, iudicat
 de scriptura, quomodo intelligenda sit: ergo scriptura
 non est iudex quia ipsa iudicatur, sed si doctores,
 quia scripturam iudicant. an ergo non sibi ipsis contra-
 dicunt, dum proferunt scripturam esse iudicem in
 rebus fidei, et tamen relicta hac suos doctores ut
 veros iudices agnoscunt? si tantum obiter propriam
 rationem consuluerent, errorem suum maximum facile
 deprehenderent. at studio mutuum iudicem sibi eligunt,
 qui eos condemnare non potest, ut securius in errore
 perseverare valeant, non attendentes, quod propter
 doctrinam sectariorum suorum irrita faciant mandata

q et in aduim
 Ecclesie vero

non ex scriptura, et traditio sola sufficeret ad con-
 servationem Religionis, sicut sufficiens fuit ante scrip-
 turam scriptam, prout Apostolus: omnia cretemus docuerunt,
 et credentibus proceperunt, doctrinam cretemus traditam
 servare. sic ait S. Paulus 1. cor. 11. 2. // Laudo vos fratres,
 quod per omnia mei memores estis, et sicut tradidi
 vobis, precepta mea tenetis. // et 2. thep. 2. 14. // itaque
 fratres stete, et tenete traditiones, quas didicistis
 sive per sermonem, sive per Epistolam nostram. // et
 2. Tim. 2. 2. // Tu ergo fili mi confortare in gratia, quod
 est in Christo Jesu, et quod audisti a me, hoc comenda
 fidelibus hominibus, qui idonei sunt et alios docere. //
 hinc et S. Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos
 c. 4. ait: // etiam si scriptura auctoritas non subesse totius
 orbis in hanc partem consensus instar precepti obtin-
 eret, nam et multa alia, que per traditionem in
 Ecclesia observantur, auctoritatem sibi scripte legis
 usurpaverunt. //

sed
 quis: quomodo Ecclesia potest esse certa de traditione
 que per homines fallibiles propagatur, et sic facile
 variari potest?

R. Hic nihil esse timendum; nam sicut nescimus
 qui libri S. Scripturae sint canonici, nisi Ecclesia nos
 certos reddiderit, sic etiam Ecclesia nos docere debet
 que nam sint traditiones divinae, que sicut in priori
 casu propter assistentiam spiritus sancti infallibilis fuit,
 ita etiam in hoc casu infallibilis est.

Sane non citati textus S. Pauli sufficerent ad con-
 vincendos nostros hereticos, Traditionem divinam esse ad-
 mittendam et necessariam esse tam ad dogmata fidei,

quam ad disciplinam Eclesiasticam stabilendam
 sed quia illorum Doctor Lutherus alicuius sententia
 fuit, non audent illi contradicere. hic enim ait ad-
 versus Henricum Anglia Regem: «ego adversus dicta
 » datum, hominum, Angelorum, demonum pono non
 » antiquum confersum, non multitudinem hominum
 » sed unius, majestatis aeterna verbum, hic sibi, hic sedeo,
 » hic maneo, hic triumpho, hic insulto Registis,
 » Romistis, Henricistis, et omnibus portis inferi, redum
 » dictis hominum quantumlibet sanctorum, aut con-
 » fectudini fallaci: Dei verbum est super omnia, Divina
 » majestas mecum facit, et nihil curem, si mille augus-
 » tini, mille Testuliani, mille Eclesiasticis Henricianis
 » contra me starent; Deus errare et fallere non potest
 » Augustinus et Cyrilianus sicut omnes electi errare
 » poterunt, et errarunt, dogmata mea stabunt, et
 » Regis cadet: et iterum in commentariis in Epist. ad
 galatas: «neque alia doctrina in Ecclesia tradi aut
 » audiri debet quam purum Dei verbum, hoc est scriptura
 » sacra, doctores vel auditores alij cum sua doctrina
 » anathema sunt.»

N. 242.

Cum Lutherus semper se gloriatur, se solum habuisse
 Spiritum Sanctum, et ex eius inspiratione suos scripsisse
 libros, praestat, quosdam extractus ex illis hic opponere.

De Deo

Tom. 7. Jen. fol. 364. Ich glaubt in die 5. dreyfaltigheit
 Inij au neuen galgen hangenden päpsthumb.
 Tom. 7. viterb. fol. 397. maist in mir unen litanij
 absq. memoria dei, B. virginis, et Angelorum, und

Tijndem fol. 25. a. wie weit die Dreyer über die
 Fuge, myffindt auß dem, das ein nüniger Dreyer teilen
 folgen zu thun gibt. ibi fol. 287. a. es glaubt, das
 die propheten orth grob und spott solich geschändigt haben
 Tom. j. wittenberg. fol. 215. a. Moyses sol manne dem
 sästijg falken alle dem ängsten Reize, der baunte
 und dem danteu mayfen, der noch ärgre sey alle der jagd
 und der Dreyer weber. Tijndem fol. 286. b. die gabe
 sind auf groffe sündre geworff, und gutte, grobe, groffe
 pfalk. ibi fol. 105. d. S. Paulus hat auß seiner Lehr
 zu beweisen, und gewis, ob er nicht sondige oder nicht.

De SS. Patribus.

Tijndem fol. 4. 75. b. groffe sündre ist in dem dälter
 dreyer dem glauben. in wofu es ist dreyer Lehr, in
 wofu es ist dreyer. ibi fol. 478. a. der heilige
 Hieronymus ist ein Reize geworfen. ibi fol. 474. b.
 Chrysostomus ist ein Reize. Basilis taugt gar nicht.
 Philip Melancton ist nicht mit seiner apologia
 von S. Augustinum und alle doctores in der kirch.

De omnibus Sanctis in comuni.

Tom. 5. Jen. fol. 324. die papisten glimgen sündre
 und nachen nicht recht heilige in sünd, und nicht
 sündre legenden ist nicht sünd, die dreyer nach
 sündre heilige beschreiben, der nach der christen heilig
 sind, oder nach der glaubens heiligkeit heilig geworff
 waren. alle heilige sind, das sie die gebot, geset,
 geordnet, es heigt, fast gegeben, und geordnet geworfen
 welche heiligkeit ist allzumahl auß dem heil und
 dem taglich über dem.

Tom. 7. wittenberg. fol. 398. aber Friligen Ringen vrenten
berg ist ein faul aller Dreytel. N. und das ist Luther
in Deyn abgegeben worden.

211.

De sumis Pontificibus, Cardinalibus, et Episcopis.

Tom. 1. Jen. fol. 50. 60 wie die und Strauch, mörder
und frowde, Ritz und frow Strauch, wasum geyhen
wie und was an die pfändliche Lofen die dreytel
als ofagt, Cardinal, Bischof und das ganze geyhen
der Romischen Sodoma und alle die wachen und was
in der fänd in ihrem Blut? Tom. 6. Jen. fol. 570. b.
bitten mit man, das gott nam gefärligt worden
als ofagt nam gefärligt und der flucht worden
in dem gott dem Dreytel. Tysch fol. 206. a. der
ofagt ist ein drommter und die fater Dreytel, weil er
er antichrist ist.

De Imperatoribus et Principibus.

Tom. 2. Jen. fol. 399. 405. und 421. Die geyhen mit
gottlichen Leuten in, sind die dreytel Dreytel wie
völ der Bau, mörder, Land der blende frowde,
und frowde, frowde, frowde, frowde, frowde,
wasum istige narren und Lofen, das an der dreytel
gottliche Blige und frowde dann die dreytel Dreytel
und frowde frowde.

De Fide Lutheri.

Tom. 5. Jen. fol. 315. b. Das weil ist, das die fänd-
artikel der Dreytel in dem mit Lofen die dreytel Bau-
Lofen, und nicht wasum vor die frowde dann so sage ist
Dort Martinus Luther in dem Lofen die dreytel

in würdiger Evangelij, das d'hm antheil: In gaud
 allein on alle ewig maist zurecht dor gott. Sol l'g
 Rosen und bliben In römische Kaiser pal cardinal
 b'f'ort: König, Fürst, fromm, aber ewig sandt allen
 freyden, und sollen das selbste frin haben das auf
 isam Rosen, und künen dank das zu. Das sich in
 d'lor Entschung n'g'ung dem seligen g'it, und
 das w'iste f. Evangelium.

Wir aber d'ub unser Evangelium zu d'ra d'ra s'ig,
 v'klärt in noch b'it in d'iner sandt postil gebr'it
 zu Jena 20 15 65. in nicht gaudig am pfingstmontag
 in ewelch in 1565. d'ra s'ind d'ra in d'ra
 amel, dann d'ra unglarban, andor s'ind in d'ra ewel
 s'ig d'ra s'ind s'ind, als ewel unser f'ub'ig
 und künen in den ewel pf - In l'ch' d'ra
 als s'ig ab ewel g'it an auf maist d'ra gläub, das
 nicht d'ra nicht s'ind d'ra g'it.

Et sic habemus in synopsi totum Evangelium
 Lutheri. nonne pulchra doctrina? quis autem credit
 eam à spiritu dictatam fuisse? sed ad verba velim,
 Luther non intelligit hic spiritum sanctum deum, sed
 illum spiritum sanctum nequam, quem in Lytania sua
 increpat, ut ore pro ipso "spiritus enim sanctus dis-
 cipulis effugiat fictum, et auferet se à cogitationibus
 " quae sunt sine intellectu, et fugabitis à sepe veniente
 " iniquitate. i. q. i. s. et revera hoc doctrina non nisi
 à diabolo provenire potest, quia loquela eam manifeste
 facit. S. Paulus i. cor. 12. 3. ait: nemo in spiritu de-
 " loquens, dicit anathema Jesu." et Lutherum ex spiritu
 S. loquentem fuisse, dum christum fictum et peccatorem

declamat, cum iſe Chriſtus dixerit Joan. 8. 46. // qui
 ex vobis arguet me de peccato? // dum tam horribiles
 blaſphemias contra ſp. Trinitatem, contra ſpiritum
 Sanctum, et beatiffimam virginem vomuerit? Offre
 hoc Evangelium Chriſti docere, dum ait: fidem ſine
 operibus ſufficientem eſſe, ubi Chriſtus e contra ubiq;
 docet, bona opera et obſervatio mandatorum Dei
 eſſe ad ſalutem neceſariam? non, iſe Chriſtus enunti-
 at Joan. 8. 43. ubi ait: // quia non poteſtis audire
 ſermonem meum, vos ex patre diabolo eſtis, et
 desideria patris veſtri vultis facere. //

Nolo hic tam damnatam doctrinam pluribus re-
 fellere, quia ſe ipſam prodit, unde ſil. hoc unicum
 cogere non poſſum, quod homines docti, et rationis
 compotes huic doctrinae adhaerant, illam mordaciter
 defendant, et inſuper de tam impudentiſſimi blaſ-
 phematoris nomine glorientur? ſed cauſa facile
 detegitur: à juventute in hæreſi educati, et à ſuis
 paſtoribus roborati, quod Lutherus aut alius hæreſi-
 archa ſcripturam ſacram optime intellexerit et ex-
 plicaverit: inſuper eis cum parte natris aliquod odium
 et contemptus contra Religionem catholicam inſtilatur,
 quaſi à ſacra ſcriptura deviare, traditiones falſas
 et ſolummodo doctrinas humanas ſequeretur, & quæ
 eſt antichriſtum, et Episcopos falſos doctores,
 ſic in ſua hæreſi firmati ad tales blaſphemias non
 attendunt, imo ut veram doctrinam agnoſcunt, et ſic
 de veritate inquirenda parum curant, proquæ cum
 illorum paſtores Euleſiæ Romanæ multos errores affingunt,
 et jugum illius intolerabile declament, quare

ut hinc se subducere, et in libertate conscientie
juxta rationes suas vivere valeant, si in ea
liberes permanent. ?

Sie kan ist mit unterlassen mir eine englische
Wortprobe bey zu setzen, welche das französische Staats-
Licht vom 17. quill 1787. bebandt gemacht, ist
diesem wort gleich, wie sie in deutsch, Straßburg:
aus Astronomie vom 10. quill.

Die astronomische Beob- und Beobachtung sind
gegenwärtig dem Himmel zu haben dem römischen
oben sagt das deutsche Wort zu setzen. wie in einem
10. dem römischen Wort steht: wie findet sich fragen
gleich mit dem es sagt ziemlich unpaß zu werden, und
antwortung haben allein 10. besonders fragen, die
genau der römischen Curie nicht spricht dem römischen
werden. wie sieht in dem es sagt einige mit,
wilde sie in einem katholischen Staat vorbleiben
nicht römische römische macht.

10. ob der Titel Locus servorum dei ächt sey als der
gautsche Riß, und welche dem Staat sehr christi an-
ständige sey, wo sie das Joseph II. nicht einmal die
sind römische es ist.

2^{do} christus habe mit wollen Magister Bonus genannt
werden wollen, und der es sagt es ist Sanctissimus römisch.
3^{to} wegen der faßheit des römischen es ist, wo sie gegen
der römischen nicht zeigt. nicht sie die katholische römische
bistum es ist die es ist in für den römischen es ist
zu setzen.
4^{to} die Grenzen des catholicismi und curialismi sind

mit bestimmet, man könne catholisch sein oder die gewöhnliche
statuans.

Sto. wäre nothwendig ein national concilium in
deutschland zu halten so die christliche welt zu reformiren.

2do In godts dienst zu beschreiben, und nicht anders zu machen.

Sto. das christenthum auf seiner nothwendigheit nicht
und lauterkeit zu sich zu bringen. 4to die disziplin
gewis auch zu reformiren, und es nicht zu gelassen sein zu
lassen.

Sto. christus hat uns frey gelassen die liebe Gottes
und des nächten, und gesagt: quicum meum fratre est et
onus meum leve, mit demselben man die welt durch andern
gott mit uns trüglichen machen.

7no wofür hat der (sagt) das welt zu canonisiren: auf
der sündt. man kan auf die sündt mit andern
beschreiben, als die welt ist. die miracula sind
lauter mächt und dergleichen der acatholischen.

der zuchtungs sündt, Inus wegen dem sündt der
wörtern curie gas mit auß, sein dacht, wilen aa
die puncte nur ein freygeistlich sein zu thun sind,
und wie der welt vom welt dergleichen.

Re igitur ad jnu similes quarendo: quod est antiquius
nomen hereticus aut ambitio Lutheri dum ait: si
Beatissima virgo, Petrus et Paulus adhuc viverent,
se ad ipsius pedes prosternerent, et ipsum tanquam
Dominum suum agnoscerent, quia tam sanctus sit
quam ipsi. nomen hereticus est quidem nomen anti-
quum, et tempore christi et apostolorum jam cognitum,
at ambitio Lutheri est nova, et cum et in ipso solum

N. 249.

Ducata. et quia blasphemum est in Deum et in sanctos merito damnatur, sicut et omnes haereticos à Christo et apostolis damnatos fuerunt.

Longè aliter res se habet cum titulo servus servorum Dei et osculo pedis. hunc titulum ipse Christus suis apostolis commendavit Math. 20. 27. ubi ait: quis voluerit vultus vos, primus esse, erit vester servus. et Marc. 10. 44. et quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus. unde et S. Paulus 1. cor. 9. 19. ait: nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. et si ergo non omnes pontifices in suis sedibus hoc titulo usi sunt, tamen re ipsa se servos servorum Dei ostendunt, dum pro salute omnium laborant, quod idem ipsum est. quod autem idem titulus cum auctoritate subsistere possit, declarat ipse Christus Joan. 15. 15. ubi ait: iam non dicam vos servos, quia servus nescit, quid faciat dominus eius. vos autem dixi amicos, quia omnia, quaecumque audivi à Patre meo, nota feci vobis. et Paulus licet factus sit omnium servus, tamen ad Corinthios 2. cor. 13. 10. scripsit: ideo hoc absens scribo, ut non profers durius agam secundam potestatem, quam Dominus dedit mihi in glorificationem et non in destructionem.

Eiusdem antiquitatis est etiam osculum pedis. effectum est, ait scriptura act. 10. 25. cum introisset Petrus, obitus venit ei Cornelius, et prostratus ad pedes eius adoravit, quare Cornelius hoc fecit? quia ipsum considerabat vel apostolum Christi, et instructorem suum. quod Petrus hunc fuit, modo est summus pontifex, cur ergo non simili ei debeat honor? et licet Petrus hunc honorem

honestè recusavit, tamen ratione officij ideo dignus
 erat, quod Cornelius solum peperit. dein sumus Ponti-
 fex representat personam christi, hic autem pluries Luc. 7.
 45. pedes suos à muliere peccatrice osculari permittit,
 quia per hoc suam subjectionem et amorem contesta-
 batur, si ergo idem honor sumo Pontifici ex pari
 ratione exhibetur, quid inde arguendum? Deinde
 hic honor sumo Pontifici non ut homini exhibetur,
 sed quatenus representat personam christi, unde non
 pes eius aut crux, sed crux in ea signata osculatur,
 quod signum clarum est, hunc honorem non ipsi solum
 sed christo ipsi exhiberi. quare christus ipse ait Luc. 10.
 16. "qui vos servit, me servit, qui autem me servit,
 "servit eum, qui misit me." eque tibi hoc libet sine.
 Denique quid sum, si colat Iosaphat II. nisi nonum
 osculari non permittit, an populus dapa idem facere te-
 netur? cur non arguunt in aliis Imperatoribus genu-
 flexionem, quam in audientia publica petiverunt, quo
 tamen est verum signum adorationis? si responderit,
 hoc ideo fieri, quia hic Princeps representat ipsum
 Deum: at non etiam Pontifex representat personam
 christi? ecce! quale odium erga Ecclesiam christi,
 dum in Princeps Laico idem agnoscant, quod in capite
 Ecclesie arguunt.

Et ad 2dum christum hunc titulum Magister bonus non
 recusare, quod bonus non est, quia de se ipso ait
 Math. 23. 10. "magister vester unus est christus," sed
 quia hic interrogans eum non ut Deum agnoscebat,
 unde ut ipsum inflaueret, se Deum esse hoc ipso quia illum
 bonum confitebatur, statim subiunxit Math. 19. 17. "quid
 "me interrogas de bono? unus est bonus deus." quod

N. 244.

et Joan. 10. 11. "ego
 sum pastor bonus."

idem est, ac si dixisset: quia me appellas bonum, et nemo bonus est nisi deus, ergo etiam credere debes, me esse deum.
 Quod titulum Sanctipimus spectat, se ipsum, prout hic
 Libertinus, se omnino non in scriptura sacra et in Ristoria
 Ecclesiastica versatum esse. hic titulus dabatur olim
 omnibus fidelibus, prout S. Paulus in omnibus fere suis
 Epistolis concludit dicens: salutate sanctos et antiqui
 SS. Patres in omnibus litteris unus alteri hunc titulum
Sanctipimus attribuit, cur ergo Papa tanquam capiti
 omnium fidelium illum abnegare poterunt? dein an
 non ipsi principes sacri ratione officij hoc titulo usi sunt,
 cur non et Papa?

N. 245.

Et ad hinc seu Cantilenam jam antiquam haereticorum
 et Libertinorum, quam omnes novelli acatholici
 semper de novo per totam germaniam succinant, ut
 tam hanc quam curiam Romanam principibus
 terrenis odiosam reddant, puto ego, qui nullam
 informationem de hac re habeo, quod, antequam tales
 calumniae dispergantur, tales succinatores vestram
 probam de hac avaritia exhibeant. sane si Papa
 aut curia Romana desuper quoreretur, certe aliud
 facit proveniret. si principes terreni quotide novos
 census et tributa imponunt, obmutescunt, nec verbo
 contradicunt, quidquid autem Ecclesie tribuitur, ipsi
 nimium videtur. dein si quis error irrepserit, corrigi
 potest, quin gregorio septimo adseribi possit, qui nihil
 ex avaritia sed ex justitia, quidquid accipit, petit.
 huius hanc infensissimi hostes sunt, tam haereticis quam

Libertini nostri et hoc abspiratione; nam si fierent
 et legent, quid ab Henrico Imperatore passus fuerit,
 quam calumniose illum tractaverit, et deposuerit, ipsi
 scilicet debent, Gregorium nil aliud fecisse, quam
 quod facere debuit, ut hoc scandala eliminaret, et Ec-
 clesie pacem restitueret. quod auctor addit, quod trin- N. 246.
 gies catholici leniantur sumos Pontifices ad limites,
 antiquos remittere, loquitur sine ratione et scientia.
 an Papa suam auctoritatem et potestatem à tringibus
 tenentis auferunt? antiqui Cosares semper contrarium
 crediderunt: sic enim ait Honorius Imperator in Epistola
 ad Theodosium Augustum de a^o 422. "nam cum favore
 "divino nostrum semper gubernetur Imperium, procul
 "dubio illius, ubi Ecclesia specialiter nobis cultu vene-
 "randa est, ex qua et Romanum Principatum accepimus,
 "et principium sacerdotum." vide Charf. concil. Tom. 8.
 fol. 759. aut Papa antiquiores minorem habuerunt
 potestatem, quam moderni, potendunt? audiamus
 unicum nempe Gelasium I. qui a^o 494. vixit, et in
 Epistola ad Anastasium Augustum sic loquitur. "duo
 "sunt Imperator Auguste, quibus, principaliter hic
 "regitur mundus, auctoritas sacra Pontificum et re-
 "galis potestas, in quibus tanto gravius est pondus sacer-
 "dotum, quanto etiam, pro ipsi Regibus vel legibus Ro-
 "minum in Divino sunt examine reddendi rationem.
 "Licet enim proficeas humano generi dignitate rerum,
 "tamen pro fidelibus Divinarum de votis corda submittis,
 "atque ab eis causas tuae salutis expectas, in qua

"sumendis celestibus sacramentis eisq[ue] ut competit[ur]
 "disponendis subd[omi]ni se debere cognoscit religionis
 "ordine potius quam potestate." si ergo papa suam potesta-
 tatem à regali potestate penitus distinctam accepit,
 et ipsi reges ei in spiritualibus subditi sunt, qui poterunt
 stringere catholici illos ad limites antiquos revertere
 cum pontifices moderni non ~~nostram~~ habeant potesta-
 tem, quam antiqui habuerunt? hinc

N. 247.

R. ad 4th quod tam catholicismus quam civilis
 suos certos limites habeat. christus dedit petro claves
 regni caelorum, Regi gladium ad vindictam mali-
 ficorum, quod duo potestates toto caelo differunt, et
 nulla cum aeterna communicatione habet.

Erud. addit: quod quis possit esse catholicus sine legibus
 vaticani, debet se auctor melius explicare, quas-
 nam leges vaticani intelligat. si loquitur de legibus
 civilibus res certa est. si autem sub his legibus in-
 telligit leges disciplinares aut morales, longe aliter
 dicendum. Lex disciplinatis reducit hominem ad penitentiam
 et in bono conservat, consequenter ei obedire quisvis
 catholicus tenetur, quia deus ipse sic ordinavit, unde
 apostolus Rom. 13. 2. ait: "itaque qui resistit potestati, dei
 "ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi dam-
 "nationem acquirunt." quod leges morales attinet
 est hic auctor cum hereticis et libertinis nostris in
 falsissimo supposito, quasi nos catholici tam religionem
 quam doctrinam christianam accepimus à solis pontifi-
 ficibus, et illos quasi legislatores veneremus. nos nihil
 aliud credimus quam quod christus docuit, et nobis in

sacra scriptura revelavit. sed sunt hoc fides, mediantibus
 apostolis omnibus hominibus predicata fuit, sic et
 eandem quod sedem apostolicam incorruptam re-
 mansisse credimus, quia christus pro petro rogavit
 ut non deficiat fides tua, et ipse praecipit, ut confirmet
 fratres suos. Papa non est Legislator in causis religionis
 sed annuntiator legis christi et in ambiguis rebus de-
 clarator, quem eo ipso sequi debemus, quia ab ipso christo
 cui equus ad regendam ecclesiam suam constitutus est,
 et quis catholicus esse non potest, qui huic equi unitus
 non est. unde haeretici catholicos male papistas vocant,
 quasi solummodo doctrinam papalem sequerentur, nam
 solum doctrinam christi profiterentur, sed per sedem
 apostolicam nobis traditam.

Et ad id quod necessarium sit, ut concilium nation-
 ale in germania celebretur pro iura episcopalia servata
 lecta conservare. sed quare concilium nationale
 tantum? hoc negotium tangit omnes episcopos totius
 ecclesiae, ergo etiam ab omnibus debet approbari.
 quare in germania tantum? quia auctoritas fuit, quod
 plures episcopi in germania sunt, qui ab obedientia
 papae in favorem principis libenter recederent, et sic
 facilius vota majora obtineri possent. et ad quod tale
 concilium? episcopi omnia sua iura habent, quae ipse
 debentur, ut N. 150. et 159. ostendi. et si forte plura
 pretendunt, an tale concilium à papa unquam
 ut legitimum agnosceretur, aut confirmaretur, sine
 cuius confirmatione sane nullum robur habet, ut
 N. 167. et 169. videre est.

2do. in quo officium divinum melioretur, aut simplicius
 reddatur? fortassis displicent nostris libertinis longa

N. 248.

N. 249.

nostro Litanis, plures ceremonis, pompa aut sacrificia
 cruciam quod attinet, ipse David jubet psal. 150. 3.
 Laudate Dominum in sono tubæ: Laudate eum in
 organo et cithara: Laudate eum in tympano et
 choro: Laudate eum in chordis et organo: Laudate
 eum in cymbalis benesonantibus: Laudate eum in
 cymbalis jubilationis: an non et idem Deus est adhuc
 hodie, quem David olim sic laudavit? an non et hodie
 ei idem honor debetur?

Item cum quali pompa sacerdotes velis legis sacrificia
 sua celebrare debuerunt, ubi deus ipse vestes
 pretiosissimas et omnia vasa sacra ex auro et
 argento fieri præcepit: et præterea varias ceremonias
 ordinavit, quæ sunt mandata dei observari de-
 buerunt, an non et hodie eidem deo sacrificatur?

Litanis Sanctorum ipsi utique placere non possunt,
 quia omnem cultum Sanctorum rejiciunt, sed quem mali
 paulo inferius demonstrabitur.

Spina capitalis, quæ oculos eorum pungit, est missa,
 quam aut omnino sublata volunt, aut ut in
 lingua catholica celebretur, ut saltem aliquam
 conformitatem cum cæsa acatholicorum habeat.
 sed forsitan in nullo prevalebunt. Missa est sacrificium
 principale Religionis Christianæ ab ipso Christo
 quoad substantiam institutum, et ut in sui memoriam
 semper offeratur, præceptum. adeoque tolli non potest,
 quin ipsa Religio tollatur. et quod sit verum sacrificium,
 inferius, cum de Religione agetur, probabitur.

Quod autem in Eufesia Romana in lingua latina
celebretur, de decantia est, ut colere Eufesia filiales,
in hoc matricem sequantur, sed de fide non est,
quia et ipse christus hoc sacramentum in lingua
materna instituit, et quostali in quavis provincia
populo se conformarunt. item greci aliique populi
in sua lingua usque hodie missam celebrant. interim
an tam antiqua consuetudo in favorem horum li-
berinorum et acatholicorum tam facile tollatur,
valde dubito. nec populus proylea in aliquo de-
fraudatur, quia sufficienter instructus est. quid in
missa agatur, et ex quibus partibus constet, plures
libros ad manus habet, ex quibus cum celebrante
in sua lingua fere omnia saltem necessaria perficere
potest. Neque etiam acatholicis proylea aliquod
emolumentum accrescit, quia siue missa in hoc
vel illa lingua celebretur, erit quid catholicos semper
sacramentum, ubi tamen quid acatholicos ex defectu
sacerdotum non nisi figura manet.

¶ et sic quod auris
regat, oculus supplet.
Dein

Stio. Religionem christianam ad originariam sim-
plicitatem et puritatem reducere Eufesia catholica
quis non habet, quia usque hodie nil aliud docuit ac
tenuit, quam quod quostali predicaverunt, et nobis
in scriptis reliquerunt, ut ex tota doctrina catholica
palam est. unicum quod in hoc puncto heretici nobis
semper obijciunt, sunt res ~~quodam~~ v.g. varij ordines,
peregrinationes, confraternitates, benedictiones rerum
variarum, que non sunt de fide, sciunt autem, hoc

¶ illorum cura
N. 252.
¶ non preceptis
sed more facultatis

omnia non esse contra; sed iuxta Josephum sacram
 quae aut in illa expresse continentur, aut ex illa
 clare deducuntur; ut inferius de Religione patebit.

Forfitan intentum huius auctoris est, ut Religio
 catholica ad simplicitatem Religionis Lutheranae re-
 ducatur, quod revera a deo simplex est, ut nulli Re-
 ligioni simili videatur, propter concionem enim
 et quasdam preces et psalmos nihil habent, quo Deum
 colunt, quod autem ad Religionem christianam
 non sufficit, cum nulla Religio sine sacrificio sub-
 sistere possit, ut inferius demonstrabitur. et ipsa
 concio non sit ortus Religionis, sed doctrina, qui
 Deus coli debeat, et si hoc est falsa, prout revera
 falsa est, omnes alias actiones deo avibiles facit,
 sic enim christus ipse ait Math. 15. 9. sine causa autem
 colunt me; docentes doctrinas et mandata hominum,
 nec illorum voluntaria fides eis patrocinatur, quia
 ipsorum fides est falsa, nec sufficit credere Deum
 esse, et christum pro nobis satisfecisse, nam ut
 christus ait Math. 7. 21. non omnis, qui dicit mihi:
 Domine Domine intrabit in regnum caelorum,
 sed qui facit voluntatem Patris mei - (id est) qui
 audit verba mea haec et facit ea. quia autem et
 ipsi docent, impossibile esse, mandata dei servare,
 quod maxima calumnia in Deum est, ideo illorum
 fides est falsa. quia igitur fides est fundamentum
 Religionis, consequenter si ipsa est falsa, etiam
 Religio nulla est.

Si igitur hic auctor verum Zelum religionis habet,
Laborare potius debet, ut heretici ad fidem veram
converterentur, non ut Religio vera pervertatur. Sed
frustra, ut primi Christiani in simplicitate et puri-
tate viverent, ipse vivere non potest, dicit enim

140. quod Reges disciplinares antiquo omnino Jure,
et pro his temporibus comodiores statui debeant,
per quos verba clarè indicat, se Christianum non esse.
David ait, psal. 119. 36. « disciplina tua correxit me in
finem, et disciplina tua ipsa me docebit. » disciplina
ergo est correctio peccatoris, et doctrina, quod faci-
endum et omittendum sit, et finis huius correctionis
et doctrinae est observatio mandatorum Dei. ideo
ait Salomon Sap. 9. 11. « sapientiam et disciplinam
qui abiecit, infelix est, et vacua est pes illorum,
et labores sine fructu, et inutilia opera eorum. »
Talis enim homo clarè indicat, se nolle mandata
Dei servare, quare sublatam disciplinam cupit, ne vi
ad observationem illorum adigatur, et ut verus Liber-
tinus vivere valeat, quod ex puncto

N. 253.

oto melius intelligitur, ubi ait: Christum tantum
duo precepta dedisse, nimirum dilectionem Dei et proximi,
et dixisse: iugum meum suave est, et onus meum leve,
ad quid ergo per plura precepta hoc duo intolerabilia
facere? Sic tendunt heretici et Libertini nostri cum
sacra scriptura. quotiescumque verbulum aliquod in ea
inveniunt, quod ipsi patrocinari videntur, statim trium-
phum canunt: sed quod scripturam non intelligant, mox

N. 254.

palebit. verum est, quod christus tantum hinc duo pro-
 cepta dederit, tanquam precepta maxima, quia in his
 duobus universa lex pendet et propheta. Math. 22. 40.
 Sed questio nunc est, in quo consistat dilectio dei et
 proximi? forsan in his verbis: diligo deum et proxi-
 mum? sic putant sed errant. christus ait Joan. 14. 15.
 "si diligitis me, mandata mea servate -- si quis diligit
 "me, sermonem meum servabit -- qui non diligit me
 "sermones meos non servat." ergo hinc utraq; dilectio
 consistit in observatione omnium mandatorum dei,
 quod deum et proximum respiciunt. ibi "qui habet
 "mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me. qui
 "autem diligit me, diligetur a patre meo, et ego diligam
 "eum, et manifestabo ei me ipsum." hinc mandata
 autem videntur tantum impiis intolerabilia non
 fuisse, quibus jugum suave et onus leve fuit, unde
 David psal. 118. 125. ait: "servus tuus sum ego, da
 "mibi intellectum, ut sciam testimonia tua -- ideo dilexi
 "mandata tua super aurum et topazion. propterea
 "ad omnia mandata tua dirigebas: omnem viam
 "iniquam odio habui." et sic de amore proximi loquens,
 ut hic auctor nihil sanctum intactum relinquit
 7mo et ultimo sanctis ipsi nunc bellum indicit, dum
 ait: unde papa jus habet canonizare sanctos? non
 ex scriptura. deum sanctos aliter venerari non possumus
 nisi imitando eos. miracula sunt fabula et scandalum
 acatholicorum. jam quid ego: unde Lutherani
 jus habent, Lutherum beatum appellare? ex scriptura
 certe non, quod eum potius damnat, quam beatificat.

N. 255

David ait psal. 39. 22. „ mors peccatorum pessima „
 quod autem Lutherus tanquam peccator maximus
 ut sacrilegus et adulator sine penitentia ex hac
 vita migravit, constat ex hoc, quia penitentiam
 semper abhorruit, et ipsum sacramentum sustulit:
 nunc autem ait christus Luc. 13. 5. „ si penitentiam
 non egeritis, omnes similiter peribitis. „ forsitan
 fundant se discipuli sui in proprio suo effato, ubi dixit:
 se tam sanctum esse, quam matrem dei et Petrus et
 Paulus, at christus ait Joan. 5. 31. „ si ego testimonium
 perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.
 „ alius est, qui testimonium perhibet de me: et scio,
 „ quia verum est testimonium, quod perhibet de me. „
 Deus solus est, qui iustificat et sanctificat homines,
 ipse etiam solus scit, qui sint eius. ergo ut sciamus,
 quos sanctificaverit, et sua gloria participes fecerit,
 ex testimonio ipsius agnoscere debemus. hoc testi-
 monium autem nil aliud esse potest, quam specialis
 revelatio, aut miracula, quae deus ad ostendendam
 illorum sanctitatem per illos patrat. sic christus
 nobis Luc. 11. 5. revelavit iustitiam abelis: et Luc. 16.
 23. beatitudinem abraham et Lazari mendicis. et
 Joan. 6. 56. ait: „ quia enim, quod dedit mihi pater
 „ ut perficiam ea: ista opera, quae ego facio, testi-
 „ monium perhibent de me, quia pater misit me. „
 si ergo revelationem specialem aut miracula, quae
 deus per sanctos suos patrat, habemus, quis de sancti-
 tate alicuius iusti dubitare poterit, nisi deum ipsum
 ut deceptorem accusare velit? si autem dubitant de
 veritate miraculorum, legant quod N. 228. dixi.

q non opus est ut
hanc potestatem ex
scriptura potest, sufficit,
quia christus ei claves
ad regnum caelorum
tradidit, ut tanquam
portarius sciat, qui
in ianuam ingressus
fuerit, de in

cur igitur Regia non potest aliquem canonizare,
et illum Sanctum declarare, de quo de sanctitate
illius ex infallibilibus signis jam certus est? Quis
apostolos Sanctos declaravit nonne primitiva Ecclesia?
si ergo adhuc eadem signa, propter quae Ecclesia
apostolos sanctos declaravit, adfuerit, quid prohibet
tales iustos etiam hodie sanctos declarare? Regia
per hanc canonizationem illos non sanctificat, sed
tantum illos ut sanctos Ecclesiae proponit, tum ut
fideles viventes illos ut tales venerentur, tum ut
eos in suis operibus imitentur.

Sed hoc ipsa propositio est legis offensiva, qui
acatholicos scandalizat. Lutherus ipsi prohibuit
sanctos venerari, et ne contra hoc mandatum
aliquid faciant, etiam miracula vel fabulas ex-
plodunt, ne illos ut sanctos agnoscere debeant, et
dicunt, sanctos non posse aliter honorari nisi per
imitationem. quod miracula spectat, parum aut
nihil refert, an negant, vel agnoscant, quia unus
stultus plus potest negare quam centum docti probare:
et si ipsi caeci sunt, et caeci manere volunt, propterea
non totus mundus caecitate tenetur, et propter scandalum
quod inde asperunt, Religio christiana et veritas re-
velata deprenda non est. pharisei etiam Matth. 23. 12.
de doctrina christi scandalizati sunt, et ab illo respon-
dens ait: simile illis: caeci sunt, et duces caecorum:
caecus autem si caeco ducatur prosteret, ambo in fo-
veam cadunt. De in si miracula suffere q

q non possunt, pro-
hibeant ne deus ulla
amplius patret, nam
quamquam deus merita
Sanctorum suorum
per miracula nobis
manifestat, cepare
non possumus Sanctos
venerari.

Quod autem sancti non tantum venerandi sint, sed

et nobis auxilio esse potius; siquidem est doctrina
 antiquissima in veteri Testamento jam usitata et
 in novo confirmata. cum Deus Exod. 32. 8. populum
 Israel propter vitulum conflabilem graviter punire
 decrevisset; Moyses ut hanc poenam avertat, omnem
 fiduciam suam in merita patrum suorum posuit, et
 et sic Deum precatus est: « Recordare abraham, Isaac
 et Israel servorum tuorum, quibus jurasti per semet-
 ipsum dicens: multiplicabo semen vestrum sicut
 » stellas caeli; placatusque est Dominus, ne faceret talia.
 Item cum Rex Sennacherib Jerusalem obsideret, ad
 » regem urbem hanc et salvabo eam propter me, et
 » propter David servum meum »

Item 4. Reg. 13. 21. » quidam autem spoliatis hominem
 » viderunt calcitrantes, et projecerunt cadaver in sepulchro
 » Elisei. quod cum tetigisset opa Elisei, revixit homo,
 » et stetit super pedes suos. »

Item 2. Machab. 15. scriptura refert, oriam, qui fuit
 sumus sacerdos ad Judam machabaeum in somnis dixisse:
 » hic est fratrum amator, et populi Israel: hic est qui
 » multum orat pro populo, et universa sancta civitate
 » Jeremias propheta Dei. extendisse autem Jeremiam
 » dextram, et dixisse sibi gladium aureum dicentem:
 » accipe hunc gladium minus a deo, in quo deprecies
 » adversarios populi mei Israel. »

In Testamento novo: Matth. 19. 28. ait Christus ad apostolos:
 » amen dico vobis: quod vos, qui secuti estis me in regene-
 » ratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis
 » suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes

¶ Duodecim tribus Israel. ¶ Jam si quostoli cum christo
in celo judicant tribus Israel, et christus semper omnes
mortuos judicabit, quare sancti nil de nobis faciunt?

¶ Item apoc. 6. 9. dicitur: ¶ et cum queriunt sigillum
¶ quintum, vidi sub altare animas intersectorum
¶ propter verbum Dei, et propter testimonium, quod ra-
¶ tionebant, et clamabant voce magna dicentes: usquequo
¶ Domine! sanctus et verus! non judicas, et non vin-
¶ dicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in
¶ terra? et dicitur est illis, ut requiescerent adhuc
¶ modicum tempus, donec compleantur confervi eorum
¶ et fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut et illi.

N. 256

¶ Item S. Paulus 1. Cor. 13. 1. De Angelis ait: ¶ nonne sunt
¶ omnes administratores spiritus, in ministerium mihi
¶ propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? ¶ juxta
¶ idem, quod deus Exod. 23. 20. dixit: ¶ eue ego mittam
¶ Angelum meum, qui praecedat te, et custodiat in via,
¶ et introducat in locum, quem paravi: observa eum
¶ et audi vocem eius. ¶ et christus ipse Math. 18. 10.
¶ nobis insinuat, quemvis hominem habere angelum
¶ custodem, dum ait: ¶ videte ne contemnatis unum
¶ ex his pusillis, quia angeli eorum in caelis semper
¶ vident faciem patris mei, qui in caelis est. ¶ jam
¶ sic dico: si angeli sunt nostri gubernatores, defensores
¶ et instructores, an non etiam eis debemus honorem
¶ et reverentiam? an Tobias et alij, ad quos angeli
¶ mihi sunt, erraverunt, dum eos venerati sunt? non,
¶ sed eos ut legatos Dei agnoscebant, et in eis ipsum
¶ Deum venerati sunt. an non idem faciunt catholicis
¶ erga legatos Atinipum? qualis ergo impudentia

Deo et Legatis suis debitum honorem abnegare, quem
 tamen tam hilariter hominibus exhibent? si autem
 angelis ut Legatis Dei honor debetur, cur non et Sanctis
 qui sunt amici et filij Dei, et cum illo iudices totius
 mundi? qui semper interpellant pro nobis, et propter
 intercessionem illorum Deus nobis gratias maximas quo-
 tidie largitur? aut hoc iterum negatis? si ergo nego
 Deo, nego S. scriptura, nego Testibus, omni exceptione
 maioribus aliquam fidem adhibetis, ergo ille in infernum
 et interrogate damnatos, qui sciunt vos hanc veritatem
 non crediderunt, sed maximo suo damno dubitiam suam
 anne luunt: an dives quilo Luc. 16. 24. clamans ad
 abraham dixisset: "daber abraham miserere mei, et
 mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui
 in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior
 in hac flamma" nisi scivisset, Lazarum jam in sinu
 abraha recumbentem ei auxilio esse posse? certe non,
 quia frustra aliquid petitur ab eo, qui juvare non potest.
 scivit ergo, quod Lazarus eum refrigerare posset, sed
 nimis sero hanc veritatem agnovit, quia in inferno
 nulla amplius est redemptio, et quin Sancti damnatos
 juvent, eos condemnant.

Ex his igitur factis constat, quam impie heretici et
 Libertini nostri Sanctis debitum honorem abnegent non
 attendentes, quod Deum ipsum per hoc vel maxime calu-
 umniantur. nam qui Sanctos spernit, spernit christum, quia
 sunt amici et fratres christi. qui autem christum spernit,
 spernit et Deum, qui hanc calumniam gravissime vindicabit.

Nunc ad capitalem questionem nimirum Traditionem
 Iesum redeo. Quod Ecclesia catholica Traditionem
 divinam semper pro altera fidei regula tenuerit, constat
 ex antiquissimis SS. Patribus et conciliis, ex quibus tan-
 tum unum nimirum Tridentinum hic oppono, quod
 sess. 4. in decreto de canonicis scripturis ita loquitur:
 "Sacrosancta, œcumenica et generalis Tridentina Synodus
 " perspicuens veritatem fidei et disciplinam matrem con-
 " tinuari in libris scriptis et sine scripto in Traditionibus,
 " quæ ipsius Christi ore ab apostolis acceptis, aut ab ipsi-
 " apostolis spiritu Sancto dictante, quasi per manus tra-
 " dita ad nos usque pervenerunt, orthodoxorum statum
 " exempla secuta, omnes libros tam veteris quam novi
 " Testamenti, cum utriusque unus deus sit auctor, nec non
 " Traditiones tum ad fidem tum ad mores pertinentes,
 " tanquam vel ore tenus à Christo, vel à spiritu Sancto
 " dictatas, et continua successione in Ecclesia conser-
 " vatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et
 " reveretur." Cur autem hæretici eam rejiciant,
 ratio in questo est, quia si hæc admittant, totum
 illarum religionis ædificium corrueret. nam ad
 questionem: quænam sit vera religio Christi decidendam,
 necessario usque ad tempus institutionis eius redire
 debemus, ut videamus, quæ ab apostolis et eorum
 successoribus observata fuerint. et quia plura sunt, quæ
 in scriptura sacra non continentur, observantia illius
 temporis nos docere debet, quæ tenenda et credenda sint,
 et an semper ab antecessoribus nostris observata fuerint.

sunt quodam, qui ab illo tempore semper ob-
 servata fuerunt, tunc credere debemus, vel à
 christo vel ab apostolis instituta et ordinata
 fuisse, etsi in scriptura facta non continentur.
 Nos catholici sumus in hoc punto feliciores
 hæretici, qui nec quicquam de sua doctrina et re-
 ligione ab istis temporibus ostendere possunt,
 ex quo sequitur, illorum doctrinam et religionem
 non esse doctrinam christi et apostolorum, sed
 novam figmentum humanum, de quo christus
 Math. 15. 13. ait: « omnis plantatio quam non
 « plantavit pater meus celestis eradicabitur. »
 ubi contra nos catholici nostram doctrinam
 et religionem à primo seculo usque in hodiernum
 diem ex SS. Patribus et conciliis et consequenter
 per traditionem continuam probare possumus, quod
 signum questum est, nostram religionem esse
 religionem à christo institutam.

Sed finamus eos in tenebris palpitare, quia se
 convertere nolunt. Hoc unicum egere non possum,
 quod ad eos cæci sunt, ut non comprehendant, se
 quod ore negant, factis probare. observatio diei
 dominici et sabbati: baptizatio infantium
 ante usum rationis, assistentia heretici et bene-
 dictio nuptiarum ꝑ habentur ex pura traditione,
 quia nec verbum in S. Scriptura de his rebus invenitur
 et tamen hæretici nostri observant sicut catholici,
 an ergo traditionem non factis probant, quam ore
 negant? qualis contradictio in illorum doctrina?
 ꝑ dicitur.

ut autem lector clare percipiat, Euleſiam
 primitivam multa ex vera traditione obſer-
 vate etiam in rebus fidei, que usq[ue] hodie
 in Euleſia catholica etiam obſervantur,
 unicuique teſtimonium ex Tertulliano hic
 appoſuiſſe ſufficiat, qui in libro de corona
 militis ſic ait: quomodo uſurpatis quid poſſit,
 & ſi traditam prius non ſuit? etiam in tra-
 ditionis obſervatu exigenda eſt inquis, aucto-
 ritas ſcripta. ergo queramus, an et traditio
 niſi ſcripta non debeat recipi? plane negabimus
 recipiendam, ſi nulla exempla proſudicent
 & aliam obſervationum, quas ſine ullius ſcrip-
 tura inſtrumento, ſolius traditionis titulo, et
 exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus.
 Deniq[ue] ut à baptifmale ingrediar, aquam
 adituri, ibidem, ſed et aliquanto prius in
 Euleſia ſub Antiquiſſimis manu conſeſtamus,
 nos renuntiare diabolo, et pompæ et Angelis
 eius. dehinc marſitamur amplius aliquid
 reſpondentes, quam dominus in Evangelio
 determinavit. inde ſuſcepti lactis et mellis
 concordiam poſtquam, exq[ue] ea die la-
 vacro quotidiano per totam hebdomadam
 abſtinemus. Euchariftia facramentum
 et in tempore victus et omnibus mandatum
 à domino etiam antebaccanis coctibus,

nec de ~~aliorum~~ aliorum manu quam profiden-
 tium sumimus. oblationes pro defunctis,
 pro natalibus annua die facimus. die Do-
 minico jejunium nefas ducimus, et de geni-
 culis adorare. eadem immutata à die
 Pasche in Pentecosten usq; gaudemus.
 Calicis aut panis etiam nostri aliqui de-
 uoti in terram anxia patimur. ad
 omnem progreſſum atq; promotum, ad
 omnem aditum et exitum, ad calciatum,
 ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad
 cubilia, ad ſedia, quacunq; nos con-
 verſatio exercet, frontem crucis ſignaculo
 ſorimus. horum et aliarum cuiusmodi diſ-
 ciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum,
 nullam invenies. Traditis tibi protendetur
 auctrix, conſuetudo confirmatrix, et fides
 obſervatrix. Cui ergo magis credendum
 an novatoribus hæreticis, an talibus primitivis?

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a list or account.]



337

338

II-XIV+338 D. + leant 1 Del. 21x17 cm.







